

*Et ait discipulis: Non turbetur cor vestrum: creditis in Deum, et in me credite.*¹ Ne mortem sibi tanquam tantum homini timerent, et ideo turbarentur, consolatur eos, etiam Deum se esse contestans. *Creditis*, inquit, *in Deum, et in me credite*. Consequens est enim, ut si in Deum creditis, et in me credere debeatis, quod non esset consequens, si Christus non esset Deus. *Creditis* in Deum, et in eum credite cui natura est, *non rapina, esse aequalem Deo. Semetipsum enim exinanivit (Philip. II)*, non tamen formam Dei amittens, sed *formam servi accipiens*. Mortem metuitis huic formae servi? *Non turbetur cor vestrum: Deus* suscitabit illam formam Dei.

Sed quid est quod sequitur:

*In domo Patris mei mansiones multae sunt?*² nisi quia et sibi metuebant: unde audire debuerunt: *Non turbetur cor vestrum*. Quis enim eorum non metueret, cum Petro dictum esset, fidentiori atque promptiori: *Non cantabit gallus, donec ter me neges?*³ Tanquam ergo essent ab illo perituri, merito turbabantur. Sed cum audiunt: *In domo Patris mei mansiones multae sunt*.

*Si quominus dixissem vobis quia vado parare vobis locum,*⁴ a perturbatione recreantur, certi ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud Deum cum Christo esse mansuros: quia et si alius alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in domo Patris mei multae mansiones sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille aequalis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea, jubet dari omnibus, non in eo discernens qui minus, et qui amplius laborarunt (*Matth. XX*). Quo utique denario vita significatur aeterna, ubi amplius alius nemo vivit, quoniam non est vivendi diversa in aeternitate mensura; sed multae mansiones diversas meritorum in una vita aeterna significant dignitates. *Alia enim gloria solis, alia gloria lunae, alia gloria stellarum. Stella enim ab stella differt in gloria. Sic et resurrectio mortuorum (Cor. XV).*⁵ Tanquam stellae sancti, diversas mansiones diversae charitatis, tanquam in coelo sortiuntur in regno. Sed propter unum denarium nullus separatur a regno; atque ita erit *Deus omnia in omnibus*⁶: ut quoniam *Deus charitas est,*⁷ per charitatem fiat, ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque habet, cum amat in altero, quod in se non etiam ipse habet. Non erat⁸ itaque alia invidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Proinde respuendi sunt a corde Christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum coelorum erit aliquid ubi beate maneant innocentes, qui sine baptismo ex hac vita emigraverunt,

E dice ai discepoli: *Non sia turbato il vostro cuore. Abbiate fede in Dio e abbiate fede anche in me*. Affinché non temessero la morte per lui, come se fosse soltanto uomo, e pertanto si turbassero, li consola affermando che lui è anche Dio. *Abbiate fede*, dice, *in Dio e abbiate fede anche in me*. Ne consegue infatti che, se credete in Dio, dobbiate credere anche in me; il che non sarebbe conseguente se Cristo non fosse Dio. Credete in Dio, e credete in colui che per natura, *non per rapina, è uguale a Dio. Svuotò infatti se stesso (Fil 2, 6)*¹⁰, tuttavia senza perdere la *condizione di Dio*, ma *assumendo la condizione di servo*. Paventate la morte per questa condizione di servo? *Non sia turbato il vostro cuore*: Dio risusciterà la condizione di Dio.

Ma che vuol dire ciò che segue:

Nella casa del Padre mio vi sono molte dimore? se non che temevano anche per se: per cui dovettero udire: *Non sia turbato il vostro cuore*. Infatti chi di loro non avrebbe temuto, dato che a Pietro, il più sicuro di sè e il più risoluto, era stato detto: *Non canterà il gallo prima che tu non m'abbia rinnegato tre volte?* Dunque giustamente si turbavano, come se dovessero separarsi da lui. Ma quando sentono: *Nella casa del Padre mio vi sono molte dimore*.

Se no, vi avrei mai detto: "Vado a prepararvi un posto?", si riprendono dal turbamento, certi e fiduciosi che, dopo i pericoli delle tentazioni, dimoreranno presso Dio con Cristo; perché anche se uno è più forte di un altro, uno più sapiente di un altro, uno più giusto di un altro, uno più santo di un altro, *nella casa del Padre mio vi sono molte dimore*. Nessuno di loro verrà escluso da quella casa dove ciascuno riceverà una dimora secondo il proprio merito. Quel denaro infatti, che il capofamiglia ordina di dare a quanti hanno lavorato nella vigna, è uguale per tutti senza in ciò distinguere chi ha faticato di meno e chi di più (cfr Mt 20, 8-10). E certo questo denaro significa la vita eterna, dove nessuno vive più di un altro, perché nell'eternità non c'è una diversa misura del vivere; ma le molte diverse dimore rappresentano i diversi gradi di meriti nell'unica vita eterna. *Altro è lo splendore del sole, altro lo splendore della luna e altro lo splendore delle stelle. Ogni stella infatti differisce da un'altra nello splendore. Così anche la risurrezione dei morti (1Cor 15, 41-42)*. Come le stelle, i santi hanno dimore diverse di diversa carità¹¹; come nel cielo, così nel regno sono spartite. Ma in grazia del solo denaro nessuno è separato dal regno; e così *Dio sarà tutto in tutti*, perché, dato che *Dio è carità*, per effetto della carità avverrà che ciò che i singoli hanno sia comune a tutti. Così, infatti, ciascuno, quando ama, ha nell'altro ciò che invece non ha in sè. Non c'era pertanto altra invidia di impari gloria, perché regnerà in tutti l'unità della carità.

Perciò, devono essere rigettati dal cuore cristiano coloro che reputano che venga detto che ci sono molte dimore per il fatto che, al di fuori del regno dei cieli, ci sarà qualcos'altro dove vivranno felici gli innocenti, che sono usciti da questa vita senza

TRACTATUS LXVII

In domo Patris mei mansiones multae sunt (Io 14, 1-4).

Mansiones multae. Quoniam Deus caritas est, per caritatem fit ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet. Non erit itaque aliqua invidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas caritatis.

1. Erigenda est nobis, fratres, ad Deum maior intentio, ut verba sancti Evangelii, quae modo in nostris auribus sonuerunt, etiam mente capere utcumque possimus.

Ait enim Dominus Iesus: Non turbetur cor vestrum. Credite in Deum, et in me credite. Ne mortem tamquam homines timerent, et ideo turbarentur, consolatur eos, etiam se Deum esse contestans. *Credite*, inquit, *in Deum, et in me credite*. Consequens est enim ut si in Deum creditis, et in me credere debeatis: quod non esset consequens, si Christus non esset Deus. *Credite in Deum, et in eum credite* cui natura est, non rapina, esse aequalem Deo: semetipsum enim exinanivit; non tamen formam Dei amittens, sed formam servi accipiens.

Mortem metuitis huic formae servi; *non turbetur cor vestrum*, suscitabit illam forma Dei.

Regnabit in omnibus unitas caritatis.

2. Sed quid est quod sequitur:

In domo Patris mei mansiones multae sunt, nisi quia et sibi metuebant?

Unde audire debuerunt: *Non turbetur cor vestrum*. Quis enim eorum non metueret, cum Petro dictum esset fidentiori atque promptiori: *Non cantabit gallus donec ter me neges?* Tamquam ergo essent ab illo perituri,

merito turbabantur: sed cum audiunt: *In domo Patris mei mansiones multae sunt*:

si quo minus, dixissem vobis quia vado parare vobis locum; a perturbatione recreantur, certi ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud Deum cum Christo esse mansuros. Quia etsi alius est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior; *in domo Patris mansiones multae sunt*; nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille aequalis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari omnibus, non in eo discernens qui minus et qui amplius laborarunt: quo utique denario vita significatur aeterna, ubi amplius alio nemo vivit, quoniam vivendi non est diversa in aeternitate mensura.

Sed multae mansiones, diversas meritorum in una vita aeterna significant dignitates.

Alia est enim gloria solis, alia gloria lunae, alia gloria stellarum:

stella enim ab stella differt in gloria; sic et resurrectio mortuorum.

Tanquam stellae sancti diversas mansiones diversae claritatis, tanquam in coelo, sortiuntur in regno; sed propter unum denarium nullus separatur a regno: atque ita Deus erit omnia in omnibus, ut quoniam Deus Caritas est, per caritatem fiat ut quod habent singuli, commune sit omnibus.

Sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet.

Non erit itaque aliqua invidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas caritatis.

3. Proinde respuendi sunt a corde christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum coelorum erit aliquid, ubi maneant beati innocentes qui sine Baptismo ex hac vita emigrarunt,

¹ Gv 14, 1.

² Gv 14, 2.

³ Gv 13, 38.

⁴ Gv 14, 2.

⁵ 1Cor 15, 41-42 Vulg.: "Alia claritas solis, alia claritas lunae, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorum."; "Alia gloria solis, et alia gloria lunae, et alia gloria stellarum. Stella enim stellae differt in claritate: ita et resurrectio mortuorum."

⁶ 1Cor 15, 28.

⁷ 1Gv 4, 8. NCEI traduce: "Dio è amore"; ma qui è opportuno mantenere "carità" per scostarsi il meno possibile dal gioco "claritas / charitas".

⁸ Il testo di Agostino propone un più logico "erit"; tuttavia "erat" potrebbe anche non essere un incidente (peraltro non segnalato dall'edizione Migne): potrebbe riferirsi allo stato d'animo dei discepoli dopo la spiegazione offerta dal Signore.

¹⁰ Fil 2, 6-7 Vulg.: "qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo."; NCEI traduce: "egli, pur essendo nella condizione di Dio, non ritenne un privilegio l'essere come Dio, ma svuotò se stesso assumendo una condizione di servo, diventando simile agli uomini."; ritocco i termini, in quanto mi paiono poco perspicui per il commento.

¹¹ È probabile che "charitas" sia un refuso per "claritas", come riportato nel testo di Agostino. Ma mi sembra molto significativo questo gioco di parole: la carità è la gloria palpitante dei santi, come la luminosità è la gloria delle stelle; e il prosieguo del commento parrebbe giustificare questa scelta.

quia sine illo in regnum coelorum ingredi nun potuerunt. Haec fides non est fides, quoniam non est vera et catholica fides.

Non ait Dominus: In universo mundo, aut in universa creatura, aut in vita vel beatitudine sempiterna mansiones multae sunt; sed: *In domo*, inquit, *Patris mei mansiones multae sunt* (II Cor. V)⁹. Nonne ista est domus, ubi aedificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, aeternam in coelis? Nonne ista est domus de qua cantamus: *Beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te* (Psal. LXXXIII)? Ergone vos non domum cuiusque baptizati fratris, sed domum ipsius Dei Patris, cui omnes fratres dicimus, *Pater noster qui es in caelis* (Matth. VI), a regno separare coelorum, aut eam sic dividere audebitis, ut aliquae mansiones ejus sint in regno coelorum, aliquae autem extra regnum coelorum? Absit, absit, ut qui volunt in regno habitare coelorum, in hac stultitia velint habitare vobiscum. Absit, inquam, ut cum omnis domus regnantium filiorum non sit alibi, nisi in regno ipsius regiae domus, pars aliqua non sit in regno.

*Et si abiero, et praeparavero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, et vos sitis.*¹³ Quomodo vadit et parat locum, si **tam** multae mansiones sunt? Si quominus dixisset, Vado parare; aut si adhuc parandus est, cur non merito dixisset, Vado parare? An istae mansiones et sunt, et parandae sunt? Si quominus enim essent, dixisset, Vado parare; et tamen quia istae sunt ut parandae sint, non eas vadit parare sicut sunt; sed si abierit, et praeparaverit sicut futurae sunt, iterum veniens accipiet suos ad semetipsum: ut ubi ipse est, sint etiam ipsi. Quomodo ergo mansiones in domo Patris non aliae, sed ipsae, et sine dubio jam sunt sicut parandae non sunt?

Quomodo putamus, nisi quomodo etiam propheta praedicat Deum, quia **facit** quae futura sunt? Non enim ait, qui facturus est quae futura sunt, sed qui fecit quae futura sunt¹⁴, ergo et fecit ea, et facturus est ea. Nam neque facta sunt si ipse non fecit, neque futura sunt si ipse non fecerit. Fecit ergo ea praedestinando, facturus est operando: sicut discipulos quando elegerit, satis indicat Evangelium (Matth. IV), tunc utique quando eos vocavit; et tamen ait Apostolus: *Elegit nos ante constitutionem mundi* (Ephes. I), praedestinando utique, non vocando.

battesimo, perché senza di esso non poterono entrare nel regno dei cieli. Tale fede non è fede, perché non è fede vera e cattolica.

Non dice il Signore: Nell’universo mondo, o nell’universo creato, oppure nella vita o beatitudine eterna vi sono molte dimore; ma: *Nella casa del Padre mio*, dice, *vi sono molte dimore*. Non è forse questa *l’abitazione che riceveremo da Dio, una dimora non costruita da mani d’uomo, eterna, nei cieli* (2Cor 5, 1)? Non è forse questa la casa di cui cantiamo: *Beato chi abita nella tua casa: negli evi degli evi canterà le tue lodi*. (Sal 83, 5)¹² E dunque, non la casa di un qualunque fratello battezzato, ma la casa dello stesso Dio Padre, cui tutti noi fratelli diciamo: *Padre nostro che sei nei cieli* (Mt 6, 9), voi osate separare dal regno dei cieli, o dividerla così che alcune sue dimore siano nel regno dei cieli, e altre invece fuori del regno dei cieli? Non sia, non sia mai che quanti vogliono abitare nel regno dei cieli, vogliano stare con voi in questa stoltezza. Non sia, dico, che, dal momento che tutta la casa dei figli che regnano non è altrove se non nel regno, una qualche parte della casa reale non sia nel regno.

Quando sarò andato e vi avrò preparato un posto, verrò di nuovo e vi prenderò con me, perché dove sono io siate anche voi. Come mai va e prepara il posto, se vi sono tanto numerose dimore? Se così non fosse, avrebbe detto: *Vado a preparare*; o se è ancora da preparare, perché non dire a ragione: *Vado a preparare*? Forse queste dimore sono, e sono da preparare? Se non fossero così, non avrebbe detto: *Vado a preparare*; e tuttavia poiché esse esistono, per essere preparate, non va a prepararle così come sono; ma se sarà andato e le avrà preparate come [è previsto che] siano, venendo di nuovo prenderà i suoi con sé, affinché anch’essi siano dove è lui. Come dunque le dimore nella casa del Padre, non altre ma le stesse, sono pure senza dubbio già così da non dover essere preparate?

In che modo riteniamo, se non come anche il profeta esalta Dio, perché fa le cose che saranno? Non dice infatti, che farà le cose che saranno, ma *che ha fatto le cose che saranno*. Dunque: le fece, e le farà. Infatti nè sono fatte, se egli non le fece; né saranno, se egli non le avrà fatte. Pertanto le fece predestinandole, le farà operando; così come ha eletto i discepoli allorquando, lo indica bene il Vangelo (cfr Mt 4, 18-22)¹⁷, certo quando li ha chiamati; e tuttavia l’Apostolo dice: *Ci ha scelti prima della creazione del mondo* (Ef 1, 4), quindi predestinando, non chiamando.

quia sine illo in regnum coelorum intrare non poterunt. Haec fides non est fides, quoniam non est vera et catholica fides.

Itane tandem stulti homines, et carnalibus cogitationibus excaecati, cum reprobandi essetis, si mansionem non dico Petri et Pauli vel cuiuslibet Apostolorum, sed cuiuscumque parvuli baptizati a regno coelorum separaretis; non vos putatis esse reprobandos, qui domum Dei Patris inde separatis?

Non **enim** ait Dominus: In universo mundo, aut, in universa creatura, aut, in vita vel beatitudine sempiterna mansiones multae sunt; sed: *In domo*, inquit: *Patris mei mansiones multae sunt*. Nonne ista est domus *ubi aedificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, aeternam in coelis*? Nonne ista est domus de qua cantamus Domino: *Beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te*?

Ergone vos non domum cuiusque baptizati fratris, sed domum ipsius Dei Patris, cui omnes fratres dicimus: *Pater noster, qui es in coelis*, a regno separare coelorum, aut eam sic dividere audebitis, ut aliquae mansiones eius sint in regno coelorum, aliquae autem extra regnum coelorum? Absit, absit ut qui volunt habitare in regno coelorum, in hac stultitia velint habitare vobiscum: absit, inquam, ut cum omnis domus regnantium filiorum non sit alibi nisi in regno, ipsius regiae domus pars aliqua non sit in regno.

4. *Et si abiero, inquit, et praeparavero vobis locum; iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis.* O Domine Iesu, quomodo vadis parare locum, si iam multae mansiones sunt in domo Patris tui, ubi tecum habitabunt tui! Aut si accipis eos ad teipsum, quomodo iterum venis qui non recedis? Ista, carissimi, si breviter explicare conemur, quantum videtur hodierno satis esse sermoni, coarctata utique non clarebunt, et erit ipsa brevitatis altera obscuritas: proinde hoc debitum differamus, quod opportunius vobis Patrefamilias nostro largiente reddamus.

TRACTATUS LXVIII

Vado parare vobis locum (Io 14, 2-4).

Ita, Domine, nos etiam tibi paras, et te nobis paras, quoniam locum paras et tibi in nobis, et in te nobis. Tu enim dixisti: *Manete in me, et ego in vobis*.

1. Deberi vobis, fratres carissimi, iamque esse reddendum quod distuleramus, agnoscimus, quomodo intellegi possint non esse inter se ista duo contraria, quod cum dixisset Dominus: *In domo Patris mei mansiones multae sunt: si quo minus, dixissem vobis quia vado parare vobis locum*; ubi satis ostendit ideo se hoc illis dixisse, quia iam ibi sunt mansiones multae, et non est opus aliquam praeparare: rursus dicit.

Et si abiero, et praeparavero vobis locum; iterum venio, et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum et vos sitis. Quomodo vadit, et parat locum, si **iam** multae mansiones sunt? Si quo minus, dixisset: *Vado parare*.

Aut si adhuc parandus est, cur non merito dixisset: *Vado parare*? An istae mansiones et sunt, et parandae sunt? Si quo minus enim essent, dixisset: *Vado parare*.

Et tamen quia **ita** sunt ut parandae sint, non eas vadit parare sicut sunt:

sed si abierit et paraverit sicut futurae sunt,

iterum veniens accipiet suos ad seipsum, ut ubi est ipse, sint etiam ipsi. Quomodo ergo mansiones in domo Patris non aliae, sed ipsae, et sine dubio iam sunt sicut parandae non sunt,

et nondum sunt sicut parandae sunt?

Quomodo putamus, nisi quomodo etiam propheta praedicat Deum, quia **fecit** quae futura sunt? Non enim ait: Qui facturus est quae futura sunt, sed: *Qui fecit quae futura sunt*. Ergo et fecit ea, et facturus est ea. Nam neque facta sunt, si ipse non fecit: neque futura sunt, si ipse non fecerit. Fecit ergo ea praedestinando, facturus est operando. Sicut discipulos quando elegerit, satis indicat Evangelium; tunc utique quando eos vocavit: et tamen ait Apostolus: *Elegit nos ante mundi constitutionem*: praedestinando utique, non vocando.

Quos autem praedestinavit, illos et vocavit: elegit praedestinando ante mundi constitutionem, elegit vocando ante mundi consummationem.

⁹ La citazione è, evidentemente, mal posizionata; si riferisce al periodo che segue.

¹² Sal 83, 5 NCEI traduce: “senza fine canta le tue lodi.”, conformemente a VulgN: “in perpetuum laudabunt te.”; adottò una traduzione secondo Vulg.

¹³ Gv 14, 3. A dire il vero, mi parrebbe molto più espressivo, ai fini del commento, mantenere il “si” del latino: “se sarà andato ...”.

¹⁴ Is 45, 11 sec. LXX. VL ha: “Dominus Deus sanctus Israel, qui fecit ventura.”; Sabatier in nota: “Julian. Pelag. ap. August. l. 1. op. imp. to. 10. 951. c. hab. [...] *qui fecit futura*: [...] Gregor. M. l. 30. Moral. to. 1. col. 964. d. *qui fecit quae futura sunt*: similiter l. 1. hom. 10. in Ezech. col. 1273. b. cui lectioni etiam favet Hilar. l. 12. de Trin. col. 1132. c. necnon August. in Joh. 14. to. 3. 679. d. *Non enim ait*, inquit, *qui facturus est quae futura sunt, sed, qui facit quae futura sunt*.”.

¹⁷ Beda si riferisce alla chiamata di Andrea, Pietro, Giacomo e Giovanni.

Sic et mansiones praeparavit, et praeparat; nec alias; sed quas praeparavit, has praeparat, qui fecit quae futura sunt. **Has** praeparavit praedestinando, praeparat operando. Jam ergo sunt in praedestinatione. Si quominus dixisset, Ibo et parabo, id est, praedestinabo. Sed quia nondum sunt in operatione: *Et si abiero, inquit, et praeparavero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum.*

Parat autem mansiones, mansionibus parando mansores. Quippe cum dixerit: *In domo Patris mei mansiones multae sunt,*¹⁵ quid putabimus esse domum Dei, nisi templum Dei? Quid autem sit, interrogetur Apostolus, et respondeat: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos* (I Cor. III). Hoc etiam regnum Dei quod Filius traditurus est Patri, unde dicit idem Apostolus: *Initium Christus, deinde qui sunt Christi in praesentia ejus, deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, et Patri* (I Cor. XV)¹⁶; id est, quos redemit sanguine suo, tradiderit contemplando etiam Patri suo.

Così ha preparato le dimore, e le prepara; e non altre; ma quelle che aveva preparato, queste prepara, lui che ha fatto le cose che saranno. Le aveva preparate predestinando, le prepara operando. Quindi già esistono nella predestinazione. Se così non fosse, avrebbe detto, Andrò e preparerò, cioè predestinerò. Ma siccome nella realizzazione ancora non esistono: *E quando sarò andato, dice, e vi avrò preparato un posto, verrò di nuovo e vi prenderò con me.*

Prepara dunque le dimore preparando coloro che dimoreranno nelle dimore. Infatti quando ebbe detto: *Nella casa del Padre mio vi sono molte dimore*, cosa abbiamo pensato che sia la casa di Dio, se non il tempio di Dio? Cosa, poi, sia, si interroghi l'Apostolo, e ci risponderà: *santo è il tempio di Dio, che siete voi* (1Cor 3, 17). Esso è anche il regno di Dio che il Figlio consegnerà al Padre, per cui dice il medesimo Apostolo: *Prima è Cristo [...]; poi, alla sua presenza, quelli che sono di Cristo. Poi sarà la fine, quando egli consegnerà il regno a Dio, e Padre* (1Cor 15, 23-24); cioè, quelli che ha redenti col suo sangue, pure li consegnerà al Padre per contemplarlo.

Sic et mansiones praeparavit et praeparat; nec alias, sed quas praeparavit, has praeparat, qui fecit quae futura sunt: **quas** praeparavit praedestinando, praeparat operando. Iam ergo sunt in praedestinatione: si quo minus, dixisset: Ibo et parabo, id est, praedestinabo. Sed quia nondum sunt in operatione: *Et si abiero, inquit, et praeparavero vobis locum; iterum venio, et accipiam vos ad meipsum.*

Nunc iam regnum vocatur, sed adhuc convocatur.

2. Parat autem quodammodo mansiones, mansionibus parando mansores. Quippe cum dixerit: *In domo Patris mei mansiones multae sunt;* quid putamus esse domum Dei, nisi templum Dei? Quod autem sit, interrogetur Apostolus, et respondeat: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Hoc est etiam regnum Dei, quod Filius traditurus est Patri: unde dicit idem apostolus: *Initium Christus, deinde qui sunt Christi in praesentia eius: deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri;* id est, quos redemit sanguine suo, tradiderit contemplando etiam Patri suo.

Hoc est regnum coelorum, de quo dicitur: *Simile est regnum coelorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Bonum autem semen, hi sunt filii regni:* qui etsi nunc habent permixta zizania, mittet in fine rex ipse Angelos suos, *et colligent de regno eius omnia scandala. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui.* Regnum fulgebit in regno, cum regno venerit regnum, quod nunc oramus, et dicimus: *Veniat regnum tuum.* Nunc ergo iam regnum vocatur, sed adhuc convocatur: si enim regnum non vocaretur: *Colligent de regno eius omnia scandala,* non diceretur. Sed nondum regnat hoc regnum. Proinde sic iam est regnum, ut cum de illo collecta fuerint omnia scandala, tunc perveniat ad regnum; ut non solum regni nomen, sed etiam regnandi habeat potestatem. Huic quippe regno ad dexteram stanti, in fine dicitur: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum:* id est, qui regnum eratis et non regnabatis, venite, regnate; ut quod in spe fueratis, etiam in re esse possitis. Haec ergo domus Dei, hoc templum Dei, hoc regnum Dei, regnumque coelorum adhuc aedificatur, adhuc fabricatur, adhuc paratur, adhuc congregatur. In illo erunt mansiones, sicut eas adhuc parat Dominus: in illo iam sunt, sicut praedestinavit iam Dominus.

3. Sed quid est quod ut praepararet abiit, cum profecto nos ipsos praepararet, quod non faciet si reliquerit? Agnosco, Domine, ut possum: nimirum illud significas, quia ut parentur istae mansiones, vivere debet iustus ex fide. Qui enim a Domino peregrinatur, opus habet ex fide vivere; quia per hanc ad speciem contemplandam paratur. *Beati enim mundo corde, quia ipsi Deum videbunt:* et: *Fide mundat corda eorum.* Illud in Evangelio, hoc in Apostolorum Actibus legitur. Fides autem, qua eorum qui Deum visuri sunt, quamdiu peregrinantur, corda mundantur, quod non videt credit: nam si vides, non est fides. Credenti colligitur meritum, videnti redditur praemium. Eat ergo Dominus et paret locum; eat ne videatur, lateat ut credatur. Tunc enim locus paratur, si ex fide vivatur. Creditus desideretur, ut desideratus habeatur: desiderium dilectionis, praeparatio est mansionis. Ita, Domine, para quod paras: nos enim tibi paras, et te nobis paras; quoniam locum paras, et tibi in nobis, et in te nobis. Tu enim dixisti: *Manete in me, et ego in vobis.* Quantum quisque fuerit particeps tui, alius minus, alius amplius, haec erit diversitas praemiorum pro diversitate meritorum: haec erit multitudo mansionum pro disparilitate mansorum; sed tamen omnium in aeternitate vivorum, et sine fine beatorum. Quid est quod vadis? quid est quod venis? Si bene te intellego, nec unde vadis nec unde venis, recedis: vadis latendo, venis apparendo. Sed nisi maneat regendo, ut proficiamus bene vivendo; quomodo parabitur locus ubi possimus manere perfruendo? Haec de verbis quae recitata sunt evangelicis, satis dicta sint, quo usque ait Dominus: *Iterum venio, et accipiam vos ad meipsum.* Quid autem sit quod sequitur: *Ut ubi ego sum, et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis;* post interrogationem quae sequitur a discipulo factam, tamquam per eum et nos interrogemus, melius audiemus opportuniusque tractabimus.

TRACTATUS LXIX

Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis; et quomodo possumus viam scire? (Io 14, 3-6).

Thomas apostolus ut te interrogaret habuit te ante se, nec tamen intellegeret te nisi haberet in se; ego interrogo te quia te scio esse super me; interrogo autem in quantum possum super me effundere animam meam, ubi non sonantem et tamen docentem

¹⁵ Gv 14, 2.

¹⁶ 1Cor 15, 23-24 Vulg.: “primitiae Christus: deinde ii qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt. Deinde finis: cum tradiderit regnum Deo et Patri,”; adego la traduzione.

*Ad haec dicit ei Thomas, Domine, nescimus quo vadis, quomodo possumus viam scire?*¹⁸ Utrumque illos Dominus dixerat scire: utrumque dixit iste nescire, et locum quo itur, et viam qua itur. Sed nescit ille mentiri: ergo isti sciebant, et se scire nesciebant. Convincaat eos jam scire quod se putant adhuc usque nescire. *Dicit ei Jesus: Ego sum via, et veritas, et vita.*¹⁹

Nunquid non poterant ei dicere apostoli ejus, cum quibus loquebatur: Nescimus te? Proinde si eum sciebant, et via ipse est, viam sciebant. Si eum sciebant, et veritas ipse est, veritatem sciebant. Si eum sciebant, et vita ipse est, vitam sciebant. Ecce scire convicti sunt quod se scire nesciebant.

Quid igitur et nos in isto sermone concipimus? quid putatis, fratres mei? nisi quia dixit: Et quo vado, scitis, et viam scitis.²⁰ Et ecce cognovimus quod sciebant vitam, et quia sciebant ipsum qui est via. Sed via est qua itur, nunquid via est quo itur? Utrumque autem illos dixerat scire, et quo vadit, et viam. Opus ergo erat ut diceret: *Ego sum via*; ut ostenderet, eos, quia scirent eum viam scire, quam putaverant se nescire. Quid autem opus erat ut diceret: *Ego sum via et veritas, et vita*: cum via cognita qua iret, restaret nosse quo iret? nisi quia ibat ad veritatem, ibat ad vitam? Ibat ergo ad seipsum per seipsum; et nos quo imus, nisi ad ipsum? et qua imus, nisi per ipsum? Ipse igitur ad seipsum per seipsum, nos ad ipsum per ipsum: imo vero ad Patrem et ipse ad nos. Nam et de seipso alibi dicit: *Ad Patrem vado*,²¹ et hoc loco propter nos. *Nemo*, inquit, *venit ad Patrem, nisi per me*.²² Ac per hoc et ipse per seipsum, et ad seipsum, et ad Patrem; et nos per ipsum, et ad ipsum, et ad Patrem.

Dic mihi, Domine Deus meus,

È allora che gli disse Tommaso: «Signore, non sappiamo dove vai; come possiamo conoscere la via?» Il Signore aveva detto che essi conoscevano l'una e l'altra cosa; [lui] dice di non conoscere né l'una né l'altra: né il luogo dove si va, né la via per andarci. Ma quegli non può mentire: dunque essi conoscevano, e non sapevano di sapere. Li convinca che essi già sanno ciò che reputano di non sapere ancora. *Gli disse Gesù: «Io sono la via, la verità e la vita.»*

Forse che i suoi Apostoli, con i quali parlava, potevano dirgli: Non ti conosciamo? Pertanto se lo conoscevano, e lui è la via, conoscevano la via. Se lo conoscevano, e lui è la verità, conoscevano la verità. Se lo conoscevano, e lui è la vita, conoscevano la vita. Ecco che sono convinti di sapere ciò che non sapevano di sapere.

Cosa dunque anche noi cogliamo in questo discorso? Cosa reputate, fratelli miei? se non che disse: *Sapete dove vado, e conoscete la via*. Ed ecco abbiamo conosciuto che sapevano la vita²⁸, anche perché conoscevano lui che è la via. Ma “via” è per dove si va; forse che “via” è dove si va? Egli aveva detto che essi conoscevano l'una e l'altra cosa: e dove va, e la via. Era dunque opportuno che dicesse: *Io sono la via*, per mostrare che essi, poiché conoscevano lui, sapevano la via, che reputavano di non sapere. Ma che necessità c'era che dicesse: *Io sono la via, la verità e la vita*: essendo conosciuta la via per dove andare, restava da conoscere dove andare? se non perché andava alla verità, andava alla vita? Andava, pertanto, a se stesso attraverso se stesso. E noi dove andiamo, se non a lui? e per dove andiamo, se non per lui? Egli dunque va a se stesso attraverso se stesso; noi a lui per mezzo di lui; o meglio, al Padre e lui a²⁹ noi. Infatti, anche di se stesso, altrove dice: *vado al Padre*; e, in questo passo, per noi. *Nessuno viene al Padre se non per mezzo di me*. E perciò anche lui va, per mezzo di se stesso, sia a se stesso, sia al Padre; e noi, per mezzo di lui, sia a lui, sia al Padre.

Dimmi, Signore, Dio mio,

audiam te.

1. Nunc est dilectissimi, ut quantum valemus, intellegamus de verbis Domini posterioribus priora, et consequentibus praecedentia, in eo quod audistis apostolo Thomae interroganti esse responsum. Dixerat enim superius Dominus, cum de mansionibus loqueretur, quas et esse dixit in domo Patris sui, et ire se ut praepararet eas; ubi intelleximus et esse iam mansiones ipsas in praedestinatione, et praeparari eas cum eorum qui ibi mansuri sunt, per fidem corda mundantur, quoniam ipsa Dei domus ipsi sunt; et quid est aliud manere in domo Dei, quam esse in populo Dei, cum idem populus est in Deo, et Deus in eo? hoc ut praepararet, Dominus abiit; ut credendo in eum qui non videtur, ea quae in specie semper futura est, nunc per fidem mansio praepararetur: propter hoc ergo dixerat: *Et si abiero, et praeparavero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis.*

Ad haec dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis; et quomodo possumus viam scire? Utrumque illos Dominus dixerat scire, utrumque dicit iste nescire, et locum quo itur, et viam qua itur. Sed nescit ille mentiri: ergo isti sciebant, et scire se nesciebant. Convincaat eos iam scire, quod se putant adhuc usque nescire. *Dicit ei Jesus: Ego sum via, et veritas, et vita.*

Quid est, fratres? Ecce audivimus discipulum interrogantem, audivimus et magistrum docentem, et nondum capimus, etiam post vocem sonantem, sententiam latitantem. Sed quid non possumus capere?

Numquid poterant ei dicere Apostoli eius cum quibus loquebatur: Nescimus te? Proinde si eum sciebant, et via ipse est, viam sciebant: si eum sciebant, et veritas ipse est, veritatem sciebant: si eum sciebant, et vita ipse est, vitam sciebant. Ecce scire convicti sunt quod se scire nesciebant.

Ibat per seipsum et ad seipsum et ad Patrem.

2. Quid igitur et nos in isto sermone non cepimus? Quid putatis, fratres mei, nisi quia dixit: *Et quo vado scitis, et viam scitis?* Et ecce cognovimus quod sciebant viam, quia sciebant ipsum qui est via: sed via est qua itur; numquid via est et quo itur? Utrumque autem illos dixerat scire, et quo vadit, et viam. Opus ergo erat ut diceret: *Ego sum via*, ut ostenderet eos qui eum scirent, viam scire quam putaverant se nescire: quid autem opus erat ut diceret: *Ego sum via, et veritas, et vita*, cum via cognita qua iret, restaret nosse quo iret; nisi quia ibat ad veritatem, ibat ad vitam? Ibat ergo ad seipsum, per seipsum. Et nos quo imus, nisi ad ipsum? et qua imus, nisi per ipsum? Ipse igitur ad seipsum per seipsum; nos ad ipsum per ipsum: imo vero et ad Patrem et ipse et nos. Nam et de seipso alibi dicit: *Ad Patrem vado*: et hoc loco propter nos; *Nemo*, inquit, *venit ad Patrem, nisi per me*. Ac per hoc et ipse per se ipsum et ad seipsum et ad Patrem, et nos per ipsum et ad ipsum et ad Patrem.

Quis haec capit, nisi qui spiritaliter sapit? Et quantum est quod hic capit, etiamsi spiritaliter sapit? Fratres, quid a me ista vobis vultis exponi? Cogitate quam excelsa sint. Videtis quid sim, video quid sitis: in omnibus nobis *corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*. Putamusne possumus dicere: *Ad te levavi animam meam, qui habitas in coelo?* Sed sub tanto pondere ubi ingemiscimus gravati, quomodo levabo animam meam, nisi mecum levet qui posuit pro me suam? Dicam ergo quod possum, capiat vestrum qui potest. Quo donante dico, eo donante capit qui capit, et eo donante credit qui nondum capit. *Nisi enim credideritis*, inquit propheta, *non intellegitis*.

3. Dic mihi, Domine meus,

quid dicam servis tuis conservis meis? Thomas apostolus ut te interrogaret, habuit te ante se; nec tamen intellegeret te, nisi haberet in se: ego interrogo te, quia te scio esse super me; interrogo autem in quantum possum super me effundere animam meam, ubi non sonantem et tamen docentem audiam te.

¹⁸ Gv 14, 5. Sabatier non riporta testimoni che contemplino anche “Ad haec” come parte del versetto; pertanto in italiano non lo evidenzio in corsivo.

¹⁹ Gv 14, 6.

²⁰ È citazione di Gv 14, 4 Vulg.: “Et quo ego vado scitis, et viam scitis.” NCEI traduce: “E del luogo dove io vado, conoscete la via.” Secondo VulgN: “Et quo ego vado, scitis viam.”; provvedo ad adeguare la traduzione, e ad evidenziare in corsivo.

²¹ Gv 16, 10.

²² Gv 14, 6.

²⁸ Nel tradurre ho mantenuto fede al testo latino, anche perché l’edizione Migne non evidenzia dubbi; tuttavia mi sembra che il “viam” proposto dal tresto di Agostino” invece di “vitam” consenta un svolgimento nettamente più lineare del’esposizione.

²⁹ Questo “ad”, invece dell’“et” presente nel testo di Agostino, mi è davvero problematico: sia perché rende difficile attribuire “ipse” al Padre piuttosto che al Figlio, sia perché, in ogni caso, l’esposizione prosegue prescindendo da un doppio senso di percorrenza.

dic mihi, obsecro, quomodo vadis ad te? Nunquidnam ut venires ad nos, reliqueras te, maxime quia non a te ipso venisti, sed Pater te misit? Scio quidem quod te exinanisti, sed quia formam servi accepisti²³, non quia formam Dei vel ad quam redires **dimisisti**, vel quam reciperes amisisti; et tamen venisti, et non solum usque ad carnales oculos, verum etiam usque ad manus hominum pervenisti: quomodo, nisi in carne?

Per hanc venisti, manens ubi eras. Per hanc redisti, non relinquens quo veneras. Si ergo per hanc venisti, et redisti, per hanc procul dubio, non solum nobis qua veniremus ad te, verum etiam tibi qua venires et redires, via fuisti. Cum vero ad vitam, quod es ipse, isti, eamdem profecto carnem tuam ad vitam de morte duxisti. Aliud quippe Verbum Dei est, aliud homo; sed *Verbum caro factum est*,²⁴ id est, homo. Non itaque alia Verbi, alia est hominis persona: quoniam utrumque est Christus, una **est** persona. Ac per hoc quemadmodum caro cum mortua est, Christus est mortuus; et cum caro sepulta est, Christus sepultus est (sic enim corde credimus ad iustitiam, sic ore confessionem facimus ad salutem)²⁵, ita cum caro a morte venit ad vitam, Christus venit ad vitam; et quia Verbum Dei Christus est, Christus est vita. Ita miro quodam et ineffabili modo, qui nunquam dimisit vel admisit seipsum, venit ad seipsum. Venerat autem, ut dictum est, per carnem Deus ad homines, Veritas ad mendaces. Deus enim verax, *omnis autem homo mendax*.²⁶ Cum itaque ab hominibus abstulit, atque illuc ubi nemo mentitur, carnem suam levavit: idem ipse quia *Verbum caro factum est*, per seipsum **velut** per carnem ad veritatem, quod est ipse, remeavit: quam quidem veritatem, quamvis inter mendaces, et in morte servavit. Aliquando enim Christus fuit mortuus, sed nunquam fuit falsus.

Accipite quamvis diversum et longe impar exemplum, tamen utcumque ad intelligendum Deum ex his quae proprius subjecta sunt Deo.

Ecce ego ipse quantum attinet ad animum meum, cum hoc sim quod estis et vos, si taceo, apud meipsum sum. Si autem loquor vobis quod intelligatis, quodammodo ad vos procedo, nec me relinquo, sed et ad vos accedo, et non recedo unde procedo. Cum autem tacuero, quodammodo ad me redeo, et quodammodo vobiscum maneo si tenueritis quod audistis in sermone quem dico. Si hoc potest imago quam fecit Deus, quid potest non a Deo facta, sed ex Deo nata imago Dei Deus? Cujus illud quo ad nos egressus est, et in quo a nobis regressus est, corpus, non sicut meus elapsus est sonus, sed manet ubi jam *non moritur, et mors ei ultra non dominabitur*.²⁷

Quod itaque ait: Ut ubi ego sum, et vos sitis³⁰; ubi erant futuri, nisi in ipso? ac per hoc est etiam ipse in seipso; et ideo ibi illi, ubi et ipse, **hoc** est, in ipso. **Ipsa** est igitur vita aeterna, in qua futuri sumus cum acceperit nos ad se: et ipsa

dimmi, ti prego, in che modo vai a te? Forse che per venire a noi hai lasciato te, tanto più che non sei venuto da te ma ti ha mandato il Padre? So che ti sei svuotato, ma perché hai assunto la forma di servo, non perché hai deposto la forma di Dio alla quale ritornare, o perché l'hai persa per riprenderla; e tuttavia sei venuto, non sei perveuto solo agli occhi della carne, ma invero anche alle mani degli uomini: come, se non nella carne? Per mezzo di essa sei venuto, rimanendo dov'eri. Per mezzo di essa sei ritornato, non abbandonando dov'eri venuto. Se dunque per mezzo di essa sei venuto, e sei ritornato, senza dubbio per mezzo di essa fosti via, non solo per noi, per mezzo della quale venissimo a te, invero anche per te per venire e ritornare. Quando però sei andato alla vita, che sei tu stesso, senza dubbio hai condotto la tua carne dalla morte alla vita. Altro certo è il Verbo di Dio, altro l'uomo; ma *il Verbo si è fatto carne*, cioè uomo. Non, quindi, altra è la persona del Verbo, altra dell'uomo: perché l'uno e l'altro è Cristo, una sola è la persona. E perciò, come, quando la carne è morta, Cristo è morto, e quando la carne è stata sepolta, Cristo è stato sepolto (così infatti crediamo col cuore per la giustizia, così professiamo con la bocca per la salvezza), parimenti quando la carne dalla morte venne alla vita, Cristo venne alla vita; e siccome Cristo è il Verbo di Dio, Cristo è la vita. Così in un modo mirabile e ineffabile lui, che mai abbandonò o perse se stesso, venne a se stesso. Come si è detto, per mezzo della carne Dio è venuto tra gli uomini, la Verità tra i menzogneri. *Dio* infatti è *veritiero, mentre ogni uomo è mentitore*. E quando si è sottratto agli uomini, e ha elevato la sua carne là dove nessuno mente: sempre lui stesso, perché *il Verbo si è fatto carne*, per mezzo di se stesso, o per mezzo della carne, ha fatto ritorno alla verità, che è lui stesso; verità che senza dubbio preservò, benché fra mentitori, anche nella morte. C'è stato un tempo infatti in cui Cristo fu morto, mai in nessun momento fu falso.

Accettate un esempio, alquanto diverso e molto impari, tuttavia in qualche modo utile per intendere Dio, partendo da quelle cose che più propriamente dipendono da Dio. Ecco, io stesso per quanto attiene al mio animo, benché sia come siete voi, se taccio sto dentro di me. Se invece parlo a voi in modo che intendiate, in qualche modo mi muovo verso di voi senza abbandonare me, ma mi avvicino a voi e non mi allontanano da dove procedo. Se taccio, in certo qual modo faccio ritorno a me stesso, e in qualche modo rimango con voi, se voi custodirete ciò che mi avete udito dire nel parlare. Se può ciò l'immagine che Dio ha fatto, cosa può quella non fatta da Dio, ma nata da Dio: immagine di Dio [che è] Dio? Il cui corpo, per mezzo del quale è uscito a noi e nel quale da noi è ripartito, non è svanito come il suono delle mie parole, ma rimane dove *non muore più; la morte non ha più potere su di lui*.

Perché dunque dice: *perché dove sono io siate anche voi*; dove sarebbero stati, se non in lui? E perciò è anche lui in se stesso; e poiché essi saranno lì, dov'è anche lui, cioè: in lui. Questa è dunque la vita eterna nella quale saremo, quando ci avrà preso a sé; e

Dic mihi, obsecro, quomodo vadis ad te? Numquidnam ut venires ad nos, reliqueras te: maxime quia non a teipso venisti, sed Pater te misit? Scio quidem quod te exinanisti; sed quia formam servi accepisti, non quia formam Dei vel ad quam redires **demisisti**, vel quam reciperes amisisti: et tamen venisti, et non solum usque ad carnales oculos, verum etiam usque ad manus hominum pervenisti. Quomodo, nisi in carne?

Per hanc venisti manens ubi eras, per hanc redisti non relinquens quo veneras. Si ergo per hanc venisti et redisti, per hanc procul dubio non solum nobis es qua veniremus ad te, verum etiam tibi qua venires et redires, via fuisti. Cum vero ad vitam, quod es ipse, isti; eamdem profecto carnem tuam de morte ad vitam duxisti. Aliud quippe Dei Verbum est, aliud homo: sed Verbum caro factum est, id est homo. Non itaque alia Verbi, alia est hominis persona, quoniam utrumque est Christus una persona: ac per hoc quemadmodum caro cum mortua est, Christus est mortuus; et cum caro sepulta est, Christus est sepultus (sic enim corde credimus ad iustitiam, sic ore confessionem facimus ad salutem); ita cum caro a morte venit ad vitam, Christus venit ad vitam. Et quia Verbum Dei Christus est, Christus est vita. Ita miro quodam et ineffabili modo, qui nunquam demisit vel amisit seipsum, venit ad seipsum. Venerat autem, ut dictum est, per carnem Deus ad homines, veritas ad mendaces: *Deus enim verax, omnis autem homo mendax*.

Cum itaque ab hominibus abstulit, atque illuc ubi nemo mentitur, carnem suam levavit; idem ipse, quia Verbum caro factum est, per seipsum, **id est** per carnem, ad veritatem, quod est ipse, remeavit. Quam quidem veritatem, quamvis inter mendaces, et in morte servavit: aliquando enim Christus fuit mortuus, sed nunquam fuit falsus.

4. Accipite quamvis diversum et longe impar exemplum, tamen utcumque ad intellegendum Deum, ex his quae propius subiecta sunt Deo.

Ecce ego ipse, quantum attinet ad animum meum, cum hoc sim quod estis et vos, si taceo, apud meipsum sum: si autem loquor vobis quod intellegatis, quodammodo ad vos procedo, nec me relinquo, sed et ad vos accedo, et non recedo unde procedo. Cum autem tacuero, quodammodo ad me redeo; et quodammodo vobiscum maneo, si tenueritis quod audistis in sermone quem dico. Si hoc potest imago quam fecit Deus, quid potest non a Deo facta, sed ex Deo nata imago Dei Deus: cuius illud, quo ad nos egressus est, et in quo a nobis regressus est, corpus, non sicut meus elapsus est sonus, sed manet ibi ubi *iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur?*

Multa de his evangelicis verbis adhuc dici fortasse poterant et debebant: sed non sunt corda vestra spiritalibus cibis quamlibet suavibus oneranda; maxime quia *spiritus promptus est, caro autem infirma*.

TRACTATUS LXX

Ut ubi sum ego, et vos sitis (Io 14, 3-10).

Ipse est vita aeterna in qua futuri sumus, cum acceperit nos ad se; et ipsa vita aeterna quod ipse est in ipso est, ut ubi est ipse, et nos simus, hoc est, in ipso.

Ipse est vita aeterna in qua futuri sumus.

1. Verba sancti Evangelii, fratres, ita recte intelleguntur, si cum superioribus reperiuntur habere concordiam: convenire enim debent praecedentia consequentibus, quando veritas loquitur. Superius dixerat Dominus: *Et si abiero, et praeparavero vobis locum; iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, et vos sitis*: deinde addiderat, *et quo ego vado scitis, et viam scitis*; nihilque aliud ostendit esse quod dixit, nisi quia ipsum sciebant. Quid ergo esset ire ad seipsum per seipsum, quod etiam discipulis praestat ut eant ad ipsum per ipsum, ut potuimus pristino sermone iam diximus.

Quod itaque ait: *Ut ubi ego sum, et vos sitis*, ubi erant futuri nisi in ipso?

Ac per hoc est etiam ipse in seipso, et ideo ibi illi ubi et ipse, **id est**,

in ipso. **Ipsa** est igitur vita aeterna in qua futuri sumus, cum acceperit nos ad se: et ipsa

²³ cfr Fil 2, 7.

²⁴ Gv 1, 14. NCEI traduce: “E il Verbo si fece carne”. Forse a causa dellla mia lobardità (abbiamo da secoli pensionato il passato remoto), ma trovo che “factum est” può forse essere più espressivamente reso quantomeno da “si è fatto”, anche perché è un dato ormai non più eliminabile dalla sua Persona.

²⁵ cfr Rm 10, 10.

²⁶ Rm 3, 4; in realtà la citazione comprende tutto il periodo, come evidenziato col corsivo in italiano.

²⁷ Rm 6, 9.

³⁰ È citazione testuale di Gv 14, 3; pertanto in italiano lo evidenzio col corsivo.

vita aeterna, quod ipse est, in ipso est. *Ubi est ipse, et nos simus*, hoc est, in ipso: *sicut Pater habet vitam in semetipso*. Et utique non aliud est vita quam habet, nisi quod est ipse qui hanc habet. *Sic dedit Filio habere vitam in semetipso*,³¹ cum ipse sit eadem vita, quam habet in semetipso. Nunquid autem nos vita quod est ipse, hoc erimus, cum in illa vita, hoc est in ipso esse coeperimus? Non utique, quia ipse existendo vita, habet vitam, et ipse est quod habet; et quod vita est in ipso, ipse est in seipso. Nos autem non ipsa vita, sed ipsius vitae participes sumus; atque ita ibi erimus, ut in nobis ipsis non quod ipse est, esse possimus, sed nos ipsi non vita, ipsum habeamus vitam, qui seipsum habet vitam, eo quod ipse est vita. Denique ipse et in seipso est immutabiliter, et in Patre inseparabiliter: nos vero cum in nobis ipsis esse voluissemus, ad nos ipsos turbati sumus: unde illa vox est: *Ad meipsum turbata est anima mea (Psal. XLII)*³²; atque in deterius commutati, neque id quod fuimus manere potuimus. Cum autem per ipsum venimus ad Patrem, sicut ait: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*.³³ manentes in illo, nec a Patre nos quisquam poterit separare, nec ab illo.

Si cognovissetis me, inquit, *et Patrem meum utique cognovissetis*. Hoc est, quod ait: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*. Deinde subiungit

Et amodo cognoscitis eum, et vidistis eum.³⁴ Sed Philippus, unus ex apostolis quid audierit non intelligens;

Domine, inquit, *ostende nobis Patrem, et sufficit nobis*. Cui Dominus: *Tanto*, inquit, *tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe? qui videt me, videt et Patrem*.³⁵

Quomodo nunc dicit: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me?* cum profecto et quo iret, et viam scirent, non ob aliud, nisi quod ipsum utique scirent?

Sed facile ista solvitur quaestio, si dicamus, quod eum aliqui eorum sciebant, aliqui nesciebant, atque in his qui nesciebant Philippus erat;

et quod ait: *Et quo ego vado, scitis, et viam scitis*.³⁶ Illis dixisse intelligatur, qui sciebant: non Philippo, cui dictum est: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe?* His ergo qui Filium iam noverant, etiam illud de Patre iam dictum est: *Et amodo cognoscitis eum, et vidistis eum*. Dictum est enim, propter omnimodam similitudinem, quae illi cum Patre est: ut ideo amodo dicerentur nosse Patrem, qui noverant similem Filium. Ergo iam sciebant Filium, et si non omnes, certe quidam eorum, quibus dicitur:

Et quo vado scitis, et viam scitis. Ipse est enim via. Sed Patrem nesciebant; ideo audiunt: *Si cognovissetis me, et Patrem meum cognovissetis*:

per me utique et illum. Alius enim ego sum, alius ille. Sed ne putarent dissimilem, *Et amodo*, inquit, *cognoscitis eum*. Viderunt enim ejus simillimum Filium. Sed admonendi fuerant talem esse etiam Patrem, quem nondum videbant, qualis est Filius quem videbant. Et ad hoc valet quod postea Philippo dicitur: *Qui videt me, videt et Patrem*: non quod ipse sit et Pater, et Filius: quod in Sabellianis, qui vocantur etiam Patripassiani, catholica fides damnat; sed quod tam similes sint Pater et Filius, ut qui unum norit, ambos noverit. Solemus enim de simillimis duobus ita loqui eis qui unum illorum vident, et qualis sit alius, volunt nosse, ut dicamus: *Vidistis istum?* illum vidistis. Sic ergo dictum est: *Qui videt me, videt et Patrem*: non quia ipse est Pater qui Filius, sed quod a Patris similitudine in nullo prorsus discrepet Filius. Nam nisi duo essent Pater et Filius, non dictum esset: *Si cognovissetis me, et Patrem meum cognovissetis*.

la stessa vita eterna che è lui, è in lui. Dove egli è, anche noi saremo⁴⁰, cioè: in lui; *Come [...] il Padre ha la vita in se stesso*. E certo la vita che ha non è altro se non ciò che è egli stesso, che la ha. *Così ha concesso anche al Figlio di avere la vita in se stesso*, dato che egli stesso è la vita che ha in se stesso. Ma forse noi questo saremo: la vita che egli è, allorché cominceremo ad essere in quella vita, cioè in lui? No certamente; poiché egli esistendo come vita, ha la vita, ed egli è ciò che ha; e siccome la vita è in lui, egli è in se stesso. Noi invece non siamo la vita stessa, ma partecipi della vita di lui; e così saremo lì in modo che in noi stessi possiamo essere non ciò che egli è; ma noi stessi non [possiamo essere] vita, avremo come vita lui, che ha se stesso come vita, essendo egli stesso la vita. Insomma, egli è immutabilmente in se stesso e inseparabilmente nel Padre; noi, invece, avendo voluto in noi stessi essere, ci siamo sconvolti da noi stessi, motivo per cui c'è quella voce: *In me è turbata l'anima mia* (Sal 41, 7); e, cambiati in peggio, non abbiamo nemmeno potuto rimanere ciò che fummo. Quando, però, per mezzo di lui, andiamo al Padre, come dice: *Nessuno viene al Padre se non per mezzo di me*, dimorando in lui, nessuno ci potrà separare dal Padre, né da lui.

Se avete conosciuto me, dice, *avreste conosciuto anche il Padre mio*; cioè quanto aveva detto: *Nessuno viene al Padre se non per mezzo di me*. Poi aggiunge:

Ora lo conoscete e lo avete veduto. Ma Filippo, uno degli apostoli, non comprendendo ciò che aveva sentito:

Signore, dice, *mostraci il Padre e ci basta*. Cui il Signore: *Da tanto tempo*, dice, *sono con voi e non mi avete conosciuto, Filippo? Chi vede me vede anche il Padre*.

Come mai adesso dice: *Da tanto tempo sono con voi e non mi avete conosciuto?* dato che di certo sapevano dove andava e la via, non per altro se non perché certo conoscevano lui? Ma questa questione si risolve facilmente, se diciamo che alcuni di loro lo conoscevano, altri non lo conoscevano, e tra quelli che non lo conoscevano c'era Filippo. E ciò che dice: *Sapete dove vado, e conoscete la via*, si deve intendere che lo disse a quelli che sapevano; non a Filippo, cui viene detto: *Da tanto tempo sono con voi e non mi avete ancora conosciuto, Filippo?* A coloro che già conoscevano il Figlio, fu allora detto anche del Padre: *Ora lo conoscete e lo avete veduto*. Viene detto così, per la somiglianza sotto ogni aspetto, che gli è propria col Padre; per cui d'ora in poi si dice che ha conosciuto il Padre chi ha riconosciuto che il Figlio è simile. Quindi già conoscevano il Figlio, anche se non tutti, certo che alcuni di loro, ai quali è detto: *Sapete dove vado, e conoscete la via*. Egli stesso è infatti la via. Ma non conoscevano il Padre, così sentono: *Se avete conosciuto, avreste conosciuto anche il Padre mio*; sì, per mezzo mio, anche lui. Altro infatti sono io, altro lui. Ma affinché non lo ritenessero dissimile, *Ora*, dice, *lo conoscete*. Infatti videro il Figlio similissimo a lui. Ma dovevano essere avvertiti che anche il Padre, che ancora non vedevano, è tale, quale è il Figlio che vedevano. E in questo senso vale ciò che è poi detto a Filippo: *Chi vede me vede anche il Padre*; non che egli è sia il Padre che il Figlio: il che la fede cattolica condanna nei Sabelliani, detti anche Patripassiani; ma che il Padre e il Figlio sono tanto somiglianti che chi ha conosciuto uno ha conosciuto ambedue. Infatti, siamo soliti dire così di due assai simili, a coloro che vedono uno di loro e vogliono conoscere come sia l'altra; diciamo: *Hai visto questo?* hai visto quello. In questo senso è detto: *Chi vede me vede anche il Padre*; non perché sia Padre colui che è Figlio, ma perché il Figlio non differisce proprio in nulla dal Padre nella somiglianza. Infatti se il Padre e il Figlio non fossero due, non sarebbe stato detto: *Se avete conosciuto me, avreste conosciuto*

vita aeterna quod ipse est in ipso est, ut ubi est ipse, et nos simus, hoc est, in ipso. *Sicut enim habet Pater vitam in semetipso*, et utique non aliud est vita quam habet, nisi quod est ipse qui hanc habet: *sic dedit Filio habere vitam in semetipso*, cum ipse sit eadem vita quam habet in semetipso. Numquid autem nos vita quod est ipse, hoc erimus, cum in illa vita, hoc est in ipso esse coeperimus? Non utique, quia ipse existendo vita habet vitam, et ipse est quod habet, et quod vita est in ipso, ipse est in seipso: nos autem non ipsa vita, sed ipsius vitae participes sumus, atque ita ibi erimus, ut in nobis ipsis non quod ipse est esse possimus, sed nos ipsi non vita, ipsum habeamus vitam, qui seipsum habet vitam, eo quod ipse sit vita. Denique ipse et in seipso est immutabiliter, et in Patre inseparabiliter: nos vero cum in nobis ipsis esse voluissemus, ad nos ipsos turbati sumus; unde illa vox est: *Ad meipsum turbata est anima mea*: atque in deterius commutati, neque id quod fuimus, manere potuimus. Cum autem per ipsum venimus ad Patrem, sicut ait: *Nemo venit ad Patrem nisi per me*; manentes in illo, nec a Patre nos quisquam poterit separare, nec ab illo.

2. Connectens itaque consequentia praecedentibus:

Si cognovistis me, inquit, *et Patrem meum utique cognovistis*. Hoc est quod ait: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*. Deinde subiungit:

Et amodo cognoscitis eum, et vidistis eum. Sed Philippus unus ex Apostolis, quid audierit non intellegens:

Domine, inquit, *ostende nobis Patrem, et sufficit nobis*. Cui Dominus: *Tanto*, inquit, *tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe? Qui videt me, videt et Patrem*.

Ecce increpat quod tanto tempore cum ipsis erat, et non cognoscebatur. Nonne ipse dixerat: *Et quo ego vado scitis, et viam scitis*; et se nescire dicentes, eos haec scire convicerat, addendo atque dicendo: *Ego sum via, veritas et vita?*

Quomodo nunc dicit: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me?* cum profecto, et quo iret, et viam scirent, non ob aliud nisi quod ipsum utique scirent?

Sed facile ista solvitur quaestio, si dicamus quod eum aliqui eorum sciebant, aliqui nesciebant, atque in his qui nesciebant et Philippus erat:

ut quod ait: *Et quo ego vado scitis, et viam scitis*, illis dixisse intellegatur qui sciebant; non Philippo cui dictum est: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe?* His ergo qui Filium iam noverant, etiam illud de Patre dictum est: *Et amodo cognoscitis eum, et vidistis eum*; dictum est enim, propter omnimodam similitudinem quae illi cum Patre est, ut ideo amodo dicerentur nosse Patrem, quia noverant similem Filium. Ergo iam sciebant Filium, etsi non omnes, certe quidam eorum quibus dicitur:

Et quo vado scitis, et viam scitis: ipse est enim via. Sed Patrem nesciebant, ideo audiunt: *Si cognovistis me, et Patrem meum cognovistis*:

per me utique et illum. Alius enim ego sum, alius ille. Sed ne putarent dissimilem: *Et amodo*, inquit, *cognoscitis eum, et vidistis eum*. Viderunt enim eius simillimum Filium, sed admonendi fuerant talem esse etiam Patrem quem nondum videbant, qualis est Filius quem videbant. Et ad hoc valet quod postea Philippo dicitur: *Qui videt me, videt et Patrem*. Non quod ipse esset Pater et Filius, quod in Sabellianis, qui vocantur etiam Patripassiani, catholica fides damnat; sed quod tam similes sint Pater et Filius, ut qui unum noverit, ambos noverit. Solemus enim de simillimis duobus ita loqui eis qui unum illorum vident, et qualis est alius volunt nosse, ut dicamus: *Vidistis istum?* illum vidistis. Sic ergo dictum est: *Qui me videt, videt et Patrem*: non utique ut ipse sit Pater qui Filius, sed quod a Patris similitudine in nullo prorsus discrepet Filius. Nam nisi duo essent Pater et Filius, non dictum esset: *Si cognovistis me, et Patrem meum cognovistis*.

³¹ Gv 5, 26 comprende entrambe le citazioni di questo passo.

³² In realtà Sal 41, 7 Vulg.: “Ad meipsum anima mea conturbata est.”; Sabatier in nota riporta numerosi testimoni per “turbata”. NCEI traduce: “In me si rattrista l’anima mia;”, ma mi sembra che “rattrista” non sia adeguato alla gravidanza con cui Beda, e Agostino, si servono di “turbatus”.

³³ Gv 14, 6.

³⁴ Gv 14, 7. NCEI traduce: “Se avete conosciuto me, conoscerete anche il Padre mio: fin da ora lo conoscete e lo avete veduto.”, secondo VulgN: “Si cognovistis me, et Patrem meum utique cognoscetis; et amodo cognoscitis eum et vidistis eum.”; in italiano ho rivisto i tempi sul testo.

³⁵ Gv 14, 8-9. NCEI traduce: “Da tanto tempo sono con voi e tu non mi hai conosciuto, Filippo? Chi ha visto me, ha visto il Padre.”, secondo VulgN: “Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe? Qui vidit me, vidit Patrem.”; in italiano ho rivisto tempi e persone su Vulg.

³⁶ Gv 14, 4 per il testo si veda nota poco sopra. Quanto alla punteggiatura, mi sembra non congruo il punto che separa la citazione dalla spiegazione che segue; lo anticiperei anzi a dopo “Philippus erat”.

⁴⁰ Nel testo è evidenziato in corsivo, ma è rielaborazione di Gv 14, 3, con cambio di persona.

Utique enim, quia *nemo*, inquit, *venit ad Patrem, nisi per me: si cognovissetis me, et Patrem meum cognovissetis*: quoniam ego, per quem venit ad Patrem, perducam vos ad eum, ut ipsum etiam cognoscatis. Sed quoniam illi sum omnino simillimus, amodo cognoscitis eum, cum cognoscitis me: et vidistis eum, si oculis cordis vidistis me.

Quid ergo est quod dicis, Philippe, *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis? Tanto*, inquit, *tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe? Qui me videt, videt et Patrem*. Quod si a te multum est hoc videre, saltem quod non vides, crede.

Quomodo enim dicis, inquit, *Ostende nobis Patrem?*³⁷ Si me vidisti, qui illi omnimodo similis sum, vidisti illum cui similis sum. Quod si videre non potes, non saltem credis quia ego in Patre, et Pater in me est?³⁸ Poterat hic dicere Philippus, Video quidem te, et credo te esse simillimum Patri: sed nunquid arguendus et objurgandus est, cui cum similem videt, etiam illum cuius est similis, vult videre? Similem quidem novi, sed adhuc alterum sine altero novi. Non mihi sufficit, nisi et illum cui iste est similis, noverim. *Ostende itaque nobis Patrem, et sufficit nobis*. Sed ideo magister discipulum arguebat, quoniam cor postulantis videbat; tanquam enim melior Pater esset quam Filius, ita Philippus Patrem nosse cupiebat, et ideo nec Filium sciebat, quo melius aliquid esse credebatur.

Ad hunc sensum corrigendum dictum est, *Qui videt me, videt et Patrem*: quomodo tu dicis, *Ostende nobis Patrem?* Video quomodo tu dicas: non alterum quaeris videre similem, sed illum putas esse meliorem.

*Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est?*³⁹ Cur in similibus distantiam cupis cernere? Cur inseparabiles separatim desideras nosse?

*Verba quae ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.*⁴¹

*Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est? Alioquin,*⁴² etc.

Ergo et verba opera sunt? Plane ita est. Nam profecto qui proximum loquendo aedificat, bonum opus operatur. Sed quid est, *A me ipso non loquor*, nisi, A me ipso non sum qui loquor? Ei quippe tribuit quod facit, de quo ipse est qui facit.

anche il Padre mio. Infatti, appunto perché *nessuno*, dice, *viene al Padre se non per mezzo di me; se aveste conosciuto me, avreste conosciuto anche il Padre mio*, in quanto io, per il cui tramite si va al Padre, vi condurrò a lui, così che conosciate anche lui. Ma siccome sono perfettamente simile a lui, d'ora in poi conoscete lui, dato che conoscete me; *e lo avete veduto*, se con gli occhi del cuore avete veduto me.

Perché dunque dici, Filippo: *Mostraci il Padre e ci basta? Da tanto tempo*, dice, *sono con voi e non mi avete ancora conosciuto, Filippo? Chi vede me vede anche il Padre*. Se per te è molto vedere questo, almeno credi ciò che non vedi.

Come puoi infatti dire, dice: *Mostraci il Padre?* Se hai visto me, che sono perfettamente simile a lui, hai visto lui cui sono simile. Perché, se non puoi vedere, almeno *non credi che io sono nel Padre e il Padre è in me?* Qui Filippo avrebbe potuto dire: Vedo di certo te, e credo che tu sei similissimo al Padre; ma è forse da rimproverare e da condannare uno che, vedendo il simile, vuole vedere anche colui cui è simile? Sì, io conosco chi somiglia, ma ancora non conosco l'uno senza l'altro. Non mi basta, se non avrò conosciuto anche colui al quale questo è simile. *Mostraci dunque il Padre e ci basta*. Ma il Maestro rimproverava il discepolo per questo: perché vedeva il cuore di chi chiedeva; infatti come se il Padre fosse superiore al Figlio, così Filippo desiderava conoscere il Padre; e perciò non conosceva neppure il Figlio, in quanto credeva ci fosse qualcosa di meglio. Per correggere questa idea viene detto: *Chi vede me vede anche il Padre; come puoi dire: Mostraci il Padre?* Vedo come mai tu dici: non chiedi di vedere l'altro simile, ma quello che ritieni essere migliore.

Non credi che io sono nel Padre e il Padre è in me? Perché desideri trovare differenza tra simili? Perché desideri conoscere separatamente gli inseparabili?

Le parole che io vi dico, non le dico da me stesso; ma il Padre, che rimane in me, compie le sue opere.

Non credete che io sono nel Padre e il Padre è in me? Se non altro, ecc.

Quindi anche le parole sono opere? Certo è così. Infatti senza dubbio chi edifica il prossimo con la parola compie un'opera buona. Ma che significa, *non le dico da me stesso*, se non: Io che parlo non sono da me stesso? Senza dubbio attribuisce ciò che fa a colui, dal quale è egli stesso che fa.

Utique enim, quia *nemo*, inquit, *venit ad Patrem, nisi per me; si cognovistis me, et Patrem meum cognovistis*: quoniam ego, per quem venit ad Patrem, perducam vos ad eum, ut ipsum etiam cognoscatis. Sed quoniam illi sum omnino simillimus, amodo cognoscetis eum, cum cognoscitis me: et vidistis eum, si oculis cordis vidistis me.

3. Quid ergo est quod dicis, Philippe: *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis? Tanto*, inquit, *tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe? Qui videt me, videt et Patrem*. Quod si ad te multum est hoc videre, saltem quod non vides hoc crede.

Quomodo enim dicis, inquit: *Ostende nobis Patrem?* Si me vidisti qui omnimodo similis sum, vidisti illum cui similis sum. Quod si videre non potes, non saltem credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Poterat hic dicere Philippus:

Video quidem te, et credo simillimum esse Patri; sed numquid arguendus et obiurgandus est qui cum similem videt, etiam illum cui similis est vult videre?

Similem quidem novi, sed adhuc alterum sine altero novi; non mihi sufficit, nisi et illum cuius est iste similis noverim. *Ostende itaque nobis Patrem, et sufficit nobis*. Sed ideo magister discipulum arguebat, quoniam cor postulantis videbat. Tamquam enim melior esset Pater quam Filius, ita Philippus Patrem nosse cupiebat: et ideo nec Filium sciebat, quo melius esse aliquid credebatur.

Ad hunc sensum corrigendum dictum est: *Qui videt me, videt et Patrem*. *Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem?* Video quomodo tu dicas: non alterum quaeris videre similem, sed illum putas esse meliorem.

Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Cur in similibus distantiam cupis cernere? cur inseparabiles separatim desideras nosse?

Deinde non ad solum Philippum, sed ad eos pluraliter loquitur, quae non sunt in angustias coarctanda, ut adiuvante ipso diligentius exponantur.

TRACTATUS LXXI

Qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet (Io 14, 10-14).

Non se extollat servus supra Dominum, et discipulus supra magistrum; maiora quam ipse faciet, dicit eos esse facturos; sed in eis vel per eos se faciente, non ipsi tamquam ex seipsis.

1. Audite auribus, accipite mentibus, dilectissimi, loquentibus quidem nobis, sed ipso docente qui non recedit a nobis. Dominus dicit, quod modo cum legeretur audistis:

Verba quae ego loquor vobis, a meipso non loquor: Pater autem in me manens ipse facit opera.

Ergo et verba opera sunt? Plane ita est. Nam profecto qui proximum loquendo aedificat, bonum opus operatur. Sed quid est, *a meipso non loquor*, nisi, a meipso non sum qui loquor? Ei quippe tribuit quod facit, de quo est ipse qui facit.

Pater enim Deus non est de aliquo, Filius autem Deus est quidem Patri aequalis, sed de Patre Deo. Ideo ille Deus, sed non de Deo; et lumen, sed non de lumine: iste vero Deus de Deo, lumen de lumine.

2. Nam in his duabus sententiis, una qua dictum est: *Non a meipso loquor*: alia qua dictum est: *Pater autem in me manens, ipse facit opera*: singulas tenentes, diversi nobis adversantur haeretici, qui non ex una parte, sed in contraria conantes, a via veritatis exorbitant. Ariani quippe dicunt: Ecce inaequalis est Patri Filius, a seipso non loquitur. Dicunt Sabelliani contra, id est Patripassiani: Ecce qui Pater est ipse et Filius; quid enim est: *Pater in me manens, ipse facit opera*, nisi, in me maneo ego qui facio? Contraria dicitis: sed non eo modo sicut est falsum contrarium vero, sed sicut sunt inter se duo falsa contraria. Errando in diversa istis, in medio est via quam reliquistis. Inter vos ipsos longiore intervallo separati estis, quam ab ipsa via cuius desertores estis. Vos hinc, vos autem illinc, huc venite: alteri ad alteros transire nolite, sed hinc atque illinc ad nos veniendo, invicem vos invenite. Sabelliani, agnoscite quem praetermittitis; Ariani, aequate quem subditis, et in via vera nobiscum ambulabitis. Est enim quod

³⁷ Gv 14, 9 Vulg.: “Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem?”.

³⁸ Cfr Gv 14, 10 Vulg.: “Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est?”; Sabatier in nota riorpta molti testimoni per “non credis”.

³⁹ Gv 14, 10.

⁴¹ Gv 14, 10.

⁴² Gv 14, 11-12. NCEI traduce: “Credete a me: io sono nel Padre e il Padre è in me. Se non altro,”; ritengo opportuno mantenere la forma interrogativa di Vulg. Questo stesso versetto è usato da Agostino in questa medesima omelia, ma più oltre, appena prima della fine del §2, ormai in altro contesto; evidenziato pari colore.

*Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.*⁴³

Quid est hoc? Qui faceret opera quae Christus fecit, non inveniebamus; qui etiam maiora faciet, inventuri sumus? Sed dixeramus sermone pristino quia majus fuit umbrae suae transitu (quod discipuli fecerunt) quam fimbriae suae tactu (quod ipse Dominus fecit) sanare languentes (*Matth. IX*): et quia plures apostolis quam ipso per os proprium praedicante Domino crediderunt, ut haec viderentur opera, intelligenda esse maiora, non quod major esset magistro discipulus, vel domino servus, vel adoptivus unigenito, vel homo Deo, sed quod per illos ipse dignaretur eadem maiora facere, qui dicit eis alio loco, *Sine me nihil potestis facere* (*Joan. XV*). Ipse quippe, ut alia omittam, quae sunt innumerabilia, sine ipsis fecit ipsos,

In verità, in verità vi dico: chi crede in me, anch'egli compirà le opere che io compio e ne compirà di più grandi di queste, perché io vado al Padre.

Che significa questo? Non trovavamo chi facesse le opere che Cristo fece; troveremo chi ne faccia persino di più grandi? Ma nel discorso precedente dicevamo che fu più grande sanare gli infermi col passaggio della propria ombra (cosa che fecero i discepoli)⁵⁶, che col contatto col suo mantello (cosa che fece il Signore stesso) (cfr Mt 14, 36); e che i più credettero agli apostoli che non al Signore stesso che predicava di bocca propria, così che si vedesse che queste opere son da considerare più grandi, non perché il discepolo sia più grande del maestro, o il servo al signore, o il figlio adottivo all'unigenito, o l'uomo a Dio, ma perché per mezzo loro si è degnato compiere opere più grandi lui stesso, che in un altro passo dice loro: *Senza di me non potete far nulla* (*Gv 15, 5*). Egli infatti, per tralasciare altro, che è innumerevole, senza di loro creò

invicem ex vobis alteri ex alteris admoneri utrique debeatis. Audi, sabelliane: usque adeo non ipse Pater, sed alter est Filius, ut eum arianus inaequalem asserat Patri. Audi, ariane: usque adeo Filius aequalis est Patri, ut sabellianus eumdem esse dicat et Patrem. Tu adde quem tollis, tu adimple quem minuis, et nobiscum ambo consistitis: quia nec tu tollis, nec tu minuis eum qui et alter est a Patre, ut convincas sabellianum, et aequalis Patri, ut convincas arianum. Utrisque enim clamat: *Ego et Pater unum sumus*. Quod ait, *unum*, audiant Ariani; quod ait, *sumus*, audiant Sabelliani: et nec illi aequalem, nec illi alterum negando sint vani. Si ergo quoniam dixit: *Verba quae ego loquor vobis, a meipso non loquor*, propterea putatur usque adeo imparis potestatis, ut non quod ipse vult faciat; audiatur quod dixit: *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, sic et Filius quos vult vivificavit*. Item si quoniam dixit: *Pater in me manens, ipse facit opera*, propterea putatur non alius esse Pater, alius ipse; audiatur quod dixit: *Quaecumque Pater facit, haec et Filius similiter facit*; et intellegatur non bis unus, sed duo unum. Verum quia sic aequalis alter alteri, ut tamen alter ex altero, ideo non loquitur a semetipso, quia non est a seipso: et ideo Pater in illo manens facit opera ipse, quia per quem et cum quo facit, non est nisi ab ipso. Denique adiungit, et dicit:

Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Antea solus Philippus arguebatur, nunc autem non ibi eum solum fuisse qui esset arguendus ostenditur. *Propter opera*, inquit, *ipsa credite quia ego in Patre, et Pater in me est*: neque enim si separati essemus, inseparabiliter operari ulla ratione possemus.

Maiora opera seipsum facturum esse promittit.

3. Sed quid est quod sequitur:

Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet; quia ego ad Patrem vado:

et quaecumque petieritis in nomine meo, haec faciam. Ut glorificetur Pater in Filio, si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Ergo et illa maiora opera seipsum facturum esse promisit. Non se extollat servus supra Dominum, et discipulus supra magistrum: maiora quam ipse facit, dicit eos esse facturos; sed in eis vel per eos se faciente, non ipsis tamquam ex seipsis. Ei quippe cantatur: *Diligam te, Domine, virtus mea*. Sed quae sunt tandem ista maiora? An forte quod aegros ipsis transeuntibus, etiam eorum umbra sanabat? Maius est enim ut sanet umbra quam fimbria. Illud per se, hoc per ipsos; sed tamen utrumque ipse. Verumtamen quando ista dicebat, verborum suorum opera commendabat: sic enim dixerat: *Verba quae ego loquor vobis, a meipso non loquor; Pater autem in me manens, ipse facit opera*. Quae opera tunc dicebat, nisi verba quae loquebatur? Audiebant et credebant illi, et eorumdem verborum fructus erat fides illorum: verumtamen evangelizantibus discipulis, non tam pauci quam illi erant, sed gentes etiam crediderunt; haec sunt sine dubitatione maiora. Nec tamen ait: Maiora horum facietis, ut solos Apostolos ea putaremus esse facturos; sed: *Qui credit in me*, inquit, *opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet*. Itane quicumque credit in Christum, facit quae Christus, vel maiora quam Christus? Non praetereunter ista tractanda sunt, nec debent festinatione praecipitari; sed ea cogit concludendus iam sermo iste differri.

TRACTATUS LXXII

Maiora faciet; quia ego vado ad Patrem (Io 14, 12-14).

Maiora facere per eum - qui credit in eum – quam praeter eum, non defectio, sed dignatio.

1. Quid sibi velit, et quomodo accipiendum sit quod Dominus ait: *Qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet*, non est facile comprehendere: et cum hoc ad intellegendum difficillimum sit, adiecit aliud difficilium: *Et maiora horum faciet*.

Quid est hoc? Qui faceret opera quae Christus fecit, non inveniebamus;

qui etiam maiora faciet, inventuri sumus? Sed dixeramus sermone pristino quia maius fuit umbrae suae transitu, quod discipuli fecerunt, quam fimbriae suae tactu, quod ipse Dominus fecit, sanare languentes; et quia plures Apostolis, quam ipso per os proprium praedicante Domino crediderunt: ut haec viderentur opera intellegenda esse maiora: non quo maior esset Magistro discipulus, vel Domino servus, vel adoptatus Unigenito, vel homo Deo; sed quod per illos ipse dignaretur eadem maiora facere, qui dicit illis alio loco: *Sine me nihil potestis facere*.

Ipse quippe, ut alia emittam, quae sunt innumerabilia, sine ipsis fecit eos,

⁴³ Gv 14, 12-14.

⁵⁶ cfr At 5, 15.

sine ipsis fecit hunc mundum: et quia homo etiam ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit et seipsum. Quid autem illi sine ipso, nisi peccatum? Denique et hic quod de hac re poterat nos movere, mox abstulit. Cum enim dixisset,

Qui credit in me, opera quae ego facio et ipse faciet, et maiora horum faciet, continuo secutus adiunxit, *Quia ego ad Patrem vado:*

*Et quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciem.*⁴⁴ Qui dixerat, *faciet, postea faciam dicit.*

Porro autem maiora per eum facere, quam praeter eum, non est defectio, sed dignatio. Quid enim retribuunt servi Domino pro omnibus quae retribuit eis? quandoquidem inter caetera bona etiam hoc eis donare dignatus est, ut maiora faceret per illos quam praeter illos.

Nonne ab ore ipsius dives ille tristis abscessit, quando vitae aeternae consilium quod quaesivit, **audium** abiecit (*Luc. XVIII*)? Et tamen posteaquam ab illo auditum non fecit unus, fecerunt multi, cum loqueretur per discipulos magister bonus.

Ecce maiora fecit praedicatus a credentibus, quam locutus audientibus.

Verum hoc adhuc movet quod haec maiora per apostolos fecit: non autem ipsos tantum significans ait: *Opera quae ego facio, et vos facietis, et maiora horum facietis;*⁴⁵ sed omnes ad suam familiam pertinentes intellegi volens,

Qui credit in me, inquit, *opera quae ego facio et ipse faciet, et maiora horum faciet.* Si ergo qui credit faciet, non credit utique qui non faciet; sicuti est: *Qui diligit me, mandata mea custodit* (*Matth. VII*)⁴⁶:

unde profecto qui non custodit, non diligit. Item alio loco: *Qui audit,* inquit, *verba mea haec, et facit ea, similabo eum viro prudenti, qui aedificavit domum suam super petram.*⁴⁷ Qui ergo non est similis huic viro prudenti, procul dubio aut verba mea haec audit et non facit, aut omnino nec audit, nec facit. *Qui credit in me,* inquit, *licet moriatur, vivet.*⁴⁸ Qui ergo in me non credit, non utique vivet. Tale etiam hoc est: *Qui credit in me, faciet* (*Joan. XI*)⁴⁹. Non itaque credit qui non faciet. Quid est hoc, fratres? Nunquid inter credentes in Christum non est computandus, qui non fecerit opera maiora quam Christus? Durum est, absurdum est, ferri non potest, non toleratur, nisi intelligatur. Apostolum igitur audiamus: *Credienti,* inquit, *in eum qui iustificat impium, deputatur fides ejus ad iustitiam* (*Rom. IV*). In hoc opere facimus opera Christi, quia et ipsum credere in Christum, opus est Christi. Hoc operatur in nobis, non utique sine nobis.

Audi jam ergo, et intellege: *Qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet.*

Prius ergo faciam, deinde et ipse faciet, quia facio ut faciat.

Quae opera, nisi ut ex impio justus fiat?

loro, senza di loro fece questo mondo; e poiché si è pure degnato farsi uomo, senza di loro fece anche se stesso. Essi invece, che cosa senza di lui, se non il peccato? Per di più, anche qui ha subito eliminato ciò che, di questa cosa, ci poteva turbare. Infatti dopo aver detto: *chi crede in me, anch'egli compirà le opere che io compio e ne compirà di più grandi di queste,* subito di seguito aggiunse: *perché io vado al Padre.*

E qualunque cosa chiederete nel mio nome, la farò. Lui che aveva detto *farà,* poi dice: *farò.*

Del resto, poi, fare per mezzo di lui opere più grandi che a prescindere da lui⁵⁷, non è limitazione, ma degnazione. Come infatti i servi possono ricambiare il Signore per tutti i benefici che ha loro tribuito?⁵⁸ dal momento che, tra le altre cose buone, si è degnato donare loro anche ciò: compiere, per loro mezzo, cose più grandi che senza di loro. Forse quel ricco non si allontanò triste dalla sua bocca⁵⁹, quando, udito il consiglio che aveva chiesto sulla vita eterna, lo rifiutò (cfr *Lc 18, 18-23*)⁶⁰? E tuttavia dopo che uno solo non fece ciò che aveva udito da lui, lo fecero molti, quando il maestro buono parlò per mezzo dei discepoli.

E così, col predicare di quanti credevano fece opere più grandi, che non parlando a quanti ascoltavano.

Invero già sorprende che abbia fatto queste opere più grandi per mezzo degli apostoli; tuttavia non dice: “Anche voi compirete le opere che io compio e ne compirete di più grandi di queste”, riferendosi soltanto a loro; ma volendo intendere che tutti appartengono alla sua famiglia, *Chi crede in me,* dice, *anch'egli compirà le opere che io compio e ne compirà di più grandi di queste.* Se dunque chi crede farà, chi non farà certo non crede; come è [detto]: *Chi mi ama, osserva i miei comandamenti* (cfr *Gv 14, 21*); per cui certo chi non li osserva, non ama. Parimenti in un altro passo: *chiunque ascolta,* dice, *queste mie parole e le mette in pratica, sarà simile a un uomo saggio, che ha costruito la sua casa sulla roccia.* Chi dunque non è simile a questo uomo saggio, senza dubbio o ascolta queste mie parole e non le attua, o neppure le ascolta, né le attua. *Chi crede in me,* dice, *anche se muore, vivrà.* Chi dunque non crede in me, senz'altro non vive. Tale è anche ciò: *Chi crede in me, compirà* (*Gv 14, 12*). Pertanto non crede chi non farà. Cosa significa, fratelli? Forse che non è da annoverare tra i credenti in Cristo chi non fa opere più grandi di quelle di Cristo? È duro, è assurdo, inammissibile, intollerabile, se non è ben compreso. Ascoltiamo dunque l'apostolo: *A chi [...] crede,* dice, *in colui che giustifica l'empio, la sua fede gli viene accreditata come giustizia* (*Rm 4, 5*). In questa opera noi compiamo le opere di Cristo, perché lo stesso credere in Cristo è opera di Cristo. Ciò è operato in noi, non certo senza di noi. Ascolta dunque ancora, e comprendi: *Chi crede in me, anch'egli compirà le opere che io compio.* Prima dunque devo fare io, poi anche egli farà, perché faccio affinché faccia. Che opere, se non diventare da empio giusto?

sine ipsis fecit hunc mundum; et quia homo etiam ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit et seipsum. Quid autem illi sine ipso, nisi peccatum? Denique et hic id quod de hac re poterat nos movere, mox abstulit: cum enim dixisset:

Qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet;

continuo secutus adiunxit: *Quia ego ad Patrem vado, et quaecumque petieritis, in nomine meo, haec faciam.* Qui dixerat *faciet, post ait faciam;* tamquam diceret:

Non vobis impossibile hoc videatur: non enim poterit esse maior me qui credit in me, sed ego facturus sum et tunc maiora quam nunc; maiora per eum qui credit in me, quam praeter eum per me: ego tamen ipse praeter eum, ego ipse per eum: sed quando praeter eum, non faciet ipse; quando autem per eum, quamvis non per semetipsum, faciet et ipse.

Porro autem maiora facere per eum quam praeter eum, non est defectio, sed dignatio. Quid enim retribuunt servi Domino, pro omnibus quae retribuit eis?

Quandoquidem inter caetera bona etiam hoc eis donare dignatus est, ut maiora faceret per illos quam praeter illos.

Nonne ab ore illius dives ille tristis abscessit, quando vitae aeternae consilium quaesivit? **Audivit,** abiecit: et tamen postea quod ab illo auditum non fecit unus, fecerunt multi, cum loqueretur per discipulos magister bonus;

contemptibilis ei quem divitem per seipsum monuit, amabilis eis quos ex divitibus pauperes per pauperes fecit.

Ecce maiora fecit praedicatus a credentibus, quam locutus audientibus.

Ipsium credere in Christum, opus est Christi.

2. Verum hoc adhuc movet, quod haec maiora per Apostolos fecit: non autem ipsos tantum significans ait: *Opera quae ego facio et vos facietis, et maiora horum facietis:* sed omnes ad suam familiam pertinentes intellegi volens:

Qui credit in me, inquit, *opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet.* Si ergo qui credit faciet, non credit utique qui non faciet; sicuti est: *Qui diligit me, mandata mea custodit;*

unde profecto qui non custodit, non diligit. Item alio loco: *Qui audit,* inquit, *verba mea haec et facit ea, similabo eum viro prudenti, qui aedificat domum suam supra petram:* qui ergo non est similis huic viro prudenti, procul dubio aut verba haec audit et non facit, aut omnino nec audit.

Qui credit, inquit, *in me, licet moriatur, vivet:* qui ergo non vivet, non utique credit. Tale etiam hoc est: *Qui credit in me, faciet:* non utique credit qui non faciet. Quid est hoc, fratres? Numquid inter credentes in Christum non est computandus, qui non fecerit opera maiora quam Christus? Durum est, absurdum est, ferri non potest: non toleratur nisi intellegatur. Apostolum igitur audiamus: *Credienti,* inquit, *in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam.*

In hoc opere faciamus opera Christi, quia et ipsum credere in Christum, opus est Christi. Hoc operatur in nobis, non utique sine nobis.

Audi ergo iam, et intellege: *Qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet:*

prius ergo facio, deinde et ipse faciet; quia facio ut faciat.

Quae opera, nisi ut ex impio iustus fiat?

⁴⁴ Gv 14, 14.

⁴⁵ Si tratta di Gv 14, 12, ma volto al plurale; pertanto, non essendo citazione testuale, nel testo italiano non lo evidenzio col corsivo.

⁴⁶ Si tratta certamente di errore redazionale nel posizionare la citazione, che si riferisce al periodo che segue. È citazione di Gv 14, 21 Vulg.: “Qui habet mandata mea, et servat ea : ille est qui diligit me.”; Sabatier in nota: “Augustinus [...] & in Joh. 5. & 8. col. 447. c. 568. g. *Qui diligit me, mandata mea custodit.*”.

⁴⁷ Ecco la citazione di Mt 7, 24 Vulg.: “Omnis ergo qui audit verba mea haec, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.”; Sabatier in nota: “Clarmont. *Omnis ergo mea haec, & facit ea, similem assimilabo eum viro prudenti, qui, &c. [...]* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 202. c. *Omnis, qui audit hos sermones meos, & facit illos, similem assimilabo illum viro prudenti, &c. [...]* August. [...] epsit. vero 127 to. 2. 376. b. *similabo eum viro prudenti, &c. itidem in Joh. 1. col. 347. f. [...]* & inf. in Joh. 14. col. 687. c. *similabo eum viro prudenti, qui aedificat domum suam supra petram.*

⁴⁸ Gv 11, 25 Vulg.: “qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet”; Sabatier in nota: “Corb. *licet moriatur, vivit. [...]*Itidem Cypr. l. de mortal. p. 235. b. sed addit: *qui credit in me, licet moriatur, vivet.* S. Pacian. ser. de Bapt. p. 319. a. *qui in me crediderit, licet moriatur, vivet.*”.

⁴⁹ Ritengo si tratti in realtà di Gv 14, 12 Vulg.: “qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet”, che è versetto in parola.

⁵⁷ Nel passo tralasciato da Beda, Agostino dice: “facturus sum ... maiora per eum qui credit in me”; così l’“eum” qui presente si riferisce a questi, riprendendo esattamente la locuzione. Ma l’assenza del passo mi pare obblighi riferire l’ “eum” a Cristo, che nel periodo immediatamente precedente è colui che fa opere più grandi, se glielo chiediamo; ma tutto ciò modifica sensibilmente il senso della frase.

⁵⁸ cfr Sal 115, 3 (o 114, 12) Vulg.: “Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi?”; NCEI traduce: “Che cosa renderò al Signore per tutti i benefici che mi ha fatto?”

⁵⁹ Si tratta di sineddoche; abbandonando dalla figura retorica, si potrebbe dire: “si allontanò dalla sua presenza”, o anche “dal suo parlare”.

⁶⁰ Cfr anche Mt 19, 16-22 e Mc 10, 17-22.

*Et majora horum faciet.*⁵⁰ Quorum obsecro? nunquidnam omnium operum Christi majora facit, qui cum timore et tremore suam ipsius salutem operatur (*Philipp. II*)⁵¹, quod utique in illo, sed non sine illo Christus operatur? Prorsus majus hoc esse dixerim, quam est coelum et terra, et quaecumque cernuntur in coelo et in terra. Et coelum enim et terra transibit,⁵² praedestinatorum autem

salus et iustificatio permanebit. In illis tantum opera Dei, in his autem est etiam imago Dei. Sed in coelis sedes, dominationes, principatus, potestates, archangeli, angeli, opera sunt Christi;⁵³ nunquid etiam his operibus majora facit, qui operante in se Christo cooperatur aeternam salutem ac iustificationem suam? Non hic audeo praecipitare sententiam. Intelligat qui potest, iudicet qui potest, utrum majus sit justos creare quam impios iustificare. Certe enim si aequalis est utrumque potentiae, hoc majoris est misericordiae. Hoc est enim pietatis sacramentum, quod manifestum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria.⁵⁴ Sed omnia Opera Christi intelligere, ubi ait, *Majora horum faciet*, nulla nos necessitas cogit. Horum enim forsitan dixit quae ille faciebat: tunc autem verba fidei faciebat, et de his operibus fuerat praelocutus, dicens: *Verba quae ego loquor vobis, a me ipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit operam.*⁵⁵ Tunc igitur verba ejus erant opera ejus. Et utique minus est verba iustitiae praedicare, quod fecit praeter nos, quam impios iustificare, quod ita **fecit** in nobis, ut faciamus et nos.

Non relinquam vos orphanos; veniam ad vos. Orphani, pupilli sunt. Illud enim graecum ejusdem rei nomen est, hoc latinum: nam et in psalmo ubi legimus: *Pupillo tu eris adiuto*, graecus habet *orphano*. Quamvis ergo nos Filius Dei suo Patri adoptaverit filios, et eundem Patrem nos voluerit habere per gratiam,

qui eius Pater est per naturam; tamen etiam ipse circa nos paternum affectum quodammodo demonstrat, cum dicit: *Non relinquam vos orphanos; veniam ad vos*. Hinc est quod etiam sponsi filios nos appellat, ubi dicit: *Veniet hora ut auferatur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt filii sponsi*. Quis autem sponsus, nisi Dominus Christus?

2. Deinde sequitur, et dicit:

Adhuc modicum, et mundus me iam non videt. Quid enim? tunc eum videbat mundus; quandoquidem mundi nomine vult intellegi eos de quibus superius est locutus, dicens de Spiritu sancto: *Quem mundus accipere non potest, quia non videt eum, neque cognoscit eum?* Videbat eum plane mundus **carneis** oculis in carne conspicuum, non autem videbat quod in carne Verbum latebat: videbat hominem, non videbat Deum; videbat indumentum, non videbat indutum. Sed quoniam post resurrectionem etiam ipsam carnem suam, quam non solum videndam, verum etiam contrectandam demonstravit suis, **voluit** demonstrare non suis; hinc fortasse intellegendum est esse dictum: *Adhuc modicum, et mundus me iam non videt: vos autem videbitis me; quia ego vivo, et vos vivetis.*

Duas resurrectiones, suam et nostram, promittit.

3. Quid est, *quia ego vivo, et vos vivetis?*

Cur de praesenti se dixit vivere, illos autem de futuro esse victuros,

nisi quia **vitam** etiam carnis utique resurgentis, qualis in ipso praecedebat, et illis est pollicitus secuturam? Et quia ipsius mox futura erat resurrectio, praesentis posuit temporis verbum propter significandam celeritatem: illorum autem quoniam saeculi differtur in finem, non ait, *vivitis*; sed, *vivetis*. Duas ergo resurrectiones, suam scilicet mox futuram, et nostram in saeculi fine venturam, duobus verbis praesentis temporis et futuri, eleganter breviterque promisit. *Quia ego*, inquit, *vivo, et vos vivetis*: quia ille vivit, ideo et nos vivemus. *Per hominem quippe mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificabuntur.*

Quoniam nemo ad mortem nisi per illum, nemo ad vitam nisi per Christum. Quia nos viximus, mortui sumus: quia vivit ipse, vivemus nos. Mortui sumus illi, quando viximus nobis: quia vero mortuus ille pro nobis, et sibi vivit et nobis. Quia enim vivit ille, et nos vivemus.

Nam sicut per nos mortem **habere** potuimus, non sic et vitam per nos habere **possumus**.

4. *In illo die*, inquit,

vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. In quo die, nisi de quo ait, *et vos vivetis?* Tunc enim erit ut possimus videre quod credimus.

⁷¹ Expunge *videndum*, ut syntaxi et sensui satisfiat. EDIT.

⁷⁶ Gv 14, 18

⁷⁷ Gv 14, 19.

⁷⁸ Gv 14, 17 Vulg.: “quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.”; VL: “quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum.”.

⁷⁹ Gv 14, 19.

⁸⁰ Gv 14, 20. In realtà “In illo die”, che precede, è l’inizio del versetto; pertanto lo evidenzio in corsivo nella traduzione.

⁸³ Ho mantenuto il termine “pupillo” perché, essendo contemplato anche in italiano, consente in qualche modo di mantenere lo svolgersi del testo latino; meglio però precisare che, fra le possibili traduzioni, i vocabolari contemplano “minorenne”, “ragazzo minorenne soggetto a tutela”, che mi sembra essere l’accezione tecnica cui si riferiscono Beda, e Agostino. Quanto alla citazione del salmo va detto che si tratta di uno di quei salmi che vengono sdoppiati nella numerazione; motivo per cui Vulg. numera 9, 35 mentre NCEI vi aggiunge anche 10, 14. Quanto al testo in questo versetto anche Vulg. presenta “orphano”, mentre propone “pupillo” al v. 39: “judicare pupillo et humili,” (NCEI 10, 18: “perché sia fatta giustizia all’orfano e all’oppresso.”). VL: “Pupillo tu eras adjutor.”.

⁸⁴ Lc 5, 35: “Veniet autem dies, cum ablatu fuerit ab illis sponsus: tunc jejunabunt in illis diebus.”. Passi paralleli: Mc 2, 20 e Mt 9. 15; solo per quest’ultimo Sabatier in nota: “Apud August. [...] & in Joh. 14. to. 3. 693. c. *Veniet hora ut auferatur ab eis sponsus: et tunc jejunabunt filii sponsi*: at serm. 210. to. 5. 928. g. [...] *Sed veniet hora quando auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt*.”; pertanto tengo come base per la traduzione il testo NCEI di Mt.

nam et nunc est in nobis, et nos in illo. Sed hoc nunc credimus, tunc autem etiam cognoscemus: quamvis et nunc credendo noverimus, sed tunc contemplando noscemus.

In illo ergo die quando vivemus ea vita qua mors absorbetur, cognoscemus quia ipse in Patre, et nos in ipso, et ipse in nobis; quia tunc perficietur hoc ipsum quod nunc inchoatum est jam per ipsum, ut sit in nobis, et nos in ipso.

*Qui habet, inquit, mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me.*⁸¹ Qui habet in memoria, et servat in vita; qui habet in sermonibus, et servat in moribus: qui habet audiendo, et servat faciendo; aut qui habet faciendo, et servat perseverando: *ipse est, inquit, qui diligit me.* Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio.

*Et qui diligit me, inquit, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum.*⁸² Quid est, *diligam?* tanquam tunc dilecturus sit, et nunc non diligit? Absit. Quomodo enim nos Pater sine Filio, aut Filius sine Patre diligeret? Quomodo cum inseparabiliter operentur, separabiliter diligunt? Sed ad hoc dixit, *Diligam eum:* ad **eum** quod sequitur, *et manifestabo ei me ipsum. Diligam, et manifestabo:* id est, ad hoc diligam ut manifestem. Nunc enim ad hoc dilexit ut credamus, et mandatum fidei teneamus; tunc ad hoc diliget ut videamus, et ipsam visionem mercedem fidei capiamus, quia et nos nunc diligimus credendo quod videbimus, tunc autem diligemus videndo quod credimus.

Quia ergo dixerat Dominus, *Adhuc modicum, et mundus me jam non videt,*⁸⁵ vos autem videtis me: interrogavit eum de hoc ipso Judas, non ille traditor ejus qui Iscariotes cognominatus est, sed cujus Epistola inter Scripturas canonicas legitur.

*Domine, quid factum est quia nobis manifestaturus es te ipsum, et non mundo?*⁸⁶ Simus cum ipsis tanquam interrogantes discipuli, communemque magistrum audiamus et nos. Judas enim sanctus, non immundus, nec insectator Domini, sed sectator, causam quaesivit quare se non mundo, sed suis manifestaturus esset Jesus? quare adhuc modicum, et mundus non videret eum?

*Respondit Jesus, et dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.*⁸⁷

Ecce exposita est causa quare suis se manifestaturus est, non alienis, quos mundi nomine appellat; et ipsa causa est quod hi diligant, illi non diligant. Ipsa est causa de qua sacer insonat psalmus, *Judica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta (Psal. XLII).* Qui enim **diliguntur**, quia diligunt **diliguntur**; qui vero non diligunt, si linguis hominum loquantur, et angelorum, fiunt aeramentum sonans, et cymbalum tinniens; et si habuerint prophetiam, et scierint omnia sacramenta, et omnem scientiam,

crediamo; infatti, anche ora è in noi, e noi in lui. Ma questo ora noi crediamo, mentre allora anche conosceremo: per quanto anche ora, credendo, possiamo conoscere, allora però conosceremo contemplando.

In quel giorno, dunque, quando vivremo quella vita da cui la morte sarà stata assorbita, conosceremo che egli è nel Padre, e noi in lui, e lui in noi; perché allora giungerà a perfezione proprio ciò che ora è già cominciato per mezzo di lui: perché sia in noi, e noi in lui.

Chi accoglie, dice, i miei comandamenti e li osserva, questi è colui che mi ama. Chi li ha nella memoria, e li osserva nella vita; chi li ha nel parlare, e li osserva nei costumi; chi li ha ascoltando, e li osserva praticandoli; o chi li ha praticandoli, e li osserva costantemente, *questi è, dice, colui che mi ama.* L'amore va dimostrato con i fatti, perché non sia definizione sterile.

Chi ama me, dice, sarà amato dal Padre mio e anch'io lo amerò e mi manifesterò a lui. Cos'è, *amerò?* Come se allora amerà, ed ora non ama? No davvero. Come potrebbe infatti il Padre amarci senza il Figlio, o il Figlio senza il Padre? Come, dato che operano inseparabilmente, possono amare separatamente? Ma perciò disse: *amerò lui*; ciò che segue [si riferisce] a "lui": *e mi manifesterò a lui.* "Amerò", "e mi manifesterò"; cioè: amerò per manifestarmi. Ora, infatti, ci ha amati perché possiamo credere e rimanere nell'obbedienza della fede; allora amerà perché possiamo vedere e ricevere questa stessa visione come premio della fede, perché anche noi ora amiamo credendo ciò che vedremo, mentre allora ameremo vedendo ciò che crediamo.

Poiché dunque il Signore aveva detto: *Ancora un poco e il mondo non mi vedrà più; voi invece mi vedrete*; lo interrogò proprio di questo Giuda, non il suo traditore che era soprannominato Iscariota, ma quello di cui, tra le Scritture canoniche, si legge l'Epistola:

Signore, come è accaduto che devi manifestarti a noi, e non al mondo? Uniamoci ad essi come discepoli che interrogano, e ascoltiamo anche noi il comune maestro. Infatti Giuda, il santo, non l'immondo, né il persecutore del Signore, ma il seguace, chiese il motivo per cui Gesù si dovesse manifestare non al mondo, ma ai suoi; il motivo per cui ancora un poco, e il mondo non lo vedrà più.

Gli rispose Gesù: «Se uno mi ama, osserverà la mia parola e il Padre mio lo amerà e noi verremo a lui e prenderemo dimora presso di lui.

Ecco spiegato il motivo per cui egli si manifesterà ai suoi, non agli altri, che chiama con il nome di mondo; e questo motivo è che questi amano, quelli non amano. È lo stesso motivo di cui risona il sacro salmo: *Fammi giustizia, o Dio, e separa la mia causa da quella di una nazione non santa (Sal 42, 1)*⁹³. Quelli che sono amati, vengono amati perché amano; quelli invece che non amano, se parlassero le lingue degli uomini e degli angeli, sarebbero come bronzo che rimbomba o come cimbalo che strepita; e se avessero il dono della profezia, se conoscessero tutti i misteri e avessero tutta la

Nam et nunc est in nobis, et nos in illo: sed hoc nunc credimus, tunc etiam cognoscemus; quamvis et nunc credendo noverimus, sed tunc contemplando noscemus.

Quamdiu enim sumus in corpore quale nunc est, id est corruptibile quod aggravat animam, peregrinamur a Domino: per fidem enim ambulamus, non per speciem. Tunc ergo per speciem, *quoniam videbimus cum sicuti est.* Nam si etiam nunc Christus in nobis non esset, non diceret Apostolus: *Si autem Christus in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam.* Quia vero et nos etiam nunc in illo sumus, satis ostendit, ubi dicit: *Ego sum vitis, vos palmites.*

In illo ergo die, quando vivemus ea vita qua mors absorbebitur, cognoscemus quia ipse in Patre, et nos in ipso, et ipse in nobis; quia tunc perficietur hoc ipsum quod et nunc inchoatum est iam per ipsum, ut sit in nobis et nos in ipso.

5. Qui habet, inquit, mandata mea et servat ea ille est qui diligit me. Qui habet in memoria, et servat in vita; qui habet in sermonibus, et servat in moribus; qui habet audiendo, et servat faciendo; aut qui habet faciendo, et servat perseverando; *ipse est, inquit, qui diligit me.* Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio.

Et qui diligit me, inquit, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum. Quid est, *diligam?* tanquam tunc dilecturus sit, et nunc non diligit? Absit. Quomodo enim nos Pater sine Filio, aut Filius sine Patre diligeret? Quomodo cum inseparabiliter operentur, separabiliter diligunt? Sed ad hoc dixit, *diligam eum,* ad quod sequitur, *et manifestabo ei me ipsum. Diligam, et manifestabo:* id est, ad hoc diligam, ut manifestem. Nunc enim ad hoc dilexit, ut credamus, et mandatum fidei teneamus; tunc ad hoc diliget, ut videamus, et ipsam visionem mercedem fidei capiamus: quia et nos nunc diligimus, credendo quod videbimus; tunc autem diligemus, videndo quod credimus.

TRACTATUS LXXVI

Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus (Io 14, 22-24).

Ad eum veniemus. Deus Trinitas, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, veniunt ad nos, dum venimus ad eos: veniunt subveniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo; veniunt implendo, venimus capiendo.

1. Interrogantibus discipulis et eis magistro respondente Iesu, etiam nos tamquam cum illis discimus, quando sanctum Evangelium vel legimus vel audimus.

Quia ergo dixerat Dominus: *Adhuc modicum, et mundus me iam non videt, vos autem videbitis me*; interrogavit eum de hoc ipso Iudas, non ille traditor eius qui Iscariotes cognominatus est, sed cuius Epistola inter Scripturas canonicas legitur:

Domine, quid factum est, quia nobis manifestaturus es te ipsum, et non mundo? Simus cum ipsis tanquam interrogantes discipuli, communemque magistrum audiamus et nos. Iudas enim sanctus, non immundus, nec insectator Domini, sed sectator, causam quaesivit quare se non mundo, sed suis manifestaturus esset Jesus; quare adhuc modicum et mundus non videret eum, ipsi autem viderent eum.

Dilectio sanctos discernit a mundo.

2. *Respondit Iesus, et dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit: et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.*

Qui non diligit me, sermones meos non servat.

Ecce exposita est causa quare se suis manifestaturus est, non alienis, quos mundi nomine appellat; et ipsa est causa quod hi diligant, illi non diligant. Ipsa causa est de qua sacer insonat Psalmus: *Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta.* Qui enim **diligunt**, quia diligunt, **eliguntur**: qui vero non diligunt, si linguis hominum loquantur et Angelorum, fiunt aeramentum sonans et cymbalum tinniens; et si habuerint prophetiam, et scierint omnia sacramenta, et omnem scientiam,

⁸¹ Gv 14, 21.

⁸² Gv 14, 21.

⁸⁵ Gv 14, 19. La citazione in realtà prosegue sino ai ":",

⁸⁶ Gv 14, 22.

⁸⁷ Gv 14, 23.

⁹³ NCEI traduce: "Fammi giustizia, o Dio, difendi la mia causa contro gente spietata;"; purtroppo non rende conto dello svolgersi del commento, per cui opto per per una precedente traduzione su Vulg.

et habuerint omnem fidem, ut montes transferant, nihil sunt:

et si distribuerint omnem substantiam suam, et tradiderint corpus suum ut ardeant, nihil eis prodest (*I Cor.* XIII). Dilectio sanctos discernit a mundo, quae facit unanimes habitare in domo (*Psal.* LXVII). In qua domo facit Pater et Filius mansionem, qui donant et ipsam dilectionem, quibus donent in fide etiam suam manifestationem; de qua discipulus interrogavit magistrum, ut non solum illi qui tunc audiebant per os ejus, sed etiam nos per Evangelium ejus hoc nosse possemus.

Quaesiverat enim de Christi manifestatione, et audivit de dilectione et mansione.

Est ergo quaedam Dei manifestatio interior,

quam prorsus impii non noverunt, quibus Dei Patris et Spiritus sancti manifestatio nulla est, Filii vero esse potuit, sed in carne: quae nec talis est qualis illa; nec semper illis adesse potest, qualiscunque sit, sed ad modicum tempus, et hoc ad iudicium, non ad gaudium; ad supplicium, non ad praemium.

Nunc est ergo ut intelligamus, quantum aperire ipse dignatur, quo modo dictum sit: *Adhuc modicum, et mundus me non videt; vos autem videtis me.* Verum est quidem quod post paululum etiam corpus suum, in quo eum poterant et impii videre, oculis eorum fuerat subtracturus, quandoquidem post resurrectionem nemo eum vidit illorum. Sed quoniam dictum est, testantibus angelis, *sic veniet quemadmodum eum vidistis euntem in coelum* (*Act.* I): nec aliud credimus quam illum in eodem corpore ad iudicium vivorum et mortuorum esse venturum: procul dubio tunc eum videbit mundus, quo nomine significati sunt a regno ejus alieni. Ac per hoc longe melius intelligitur aliud jam tempus significare voluisse in eo quod ait, *Adhuc modicum, et mundus me iam non videt*, quando in fine saeculi auferetur ab oculis damnatorum, ut illi eum de caetero videant apud quos diligentes eum facit Pater atque ipse mansionem. *Modicum* autem dixit, quia et id quod prolixum videtur hominibus, brevissimum est ante oculos Dei. De hoc quippe modico iste Joannes evangelista, *Filioli*, inquit, *novissima hora est* (*I Joan.* II).

Ne quis porro existimet Patrem tantummodo et Filium sine Spiritu sancto apud dilectores suos facere mansionem, recolat quod superius de Spiritu sancto dictum est, *Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum; vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit.*⁸⁸ Ecce facit in sanctis cum Patre et Filio sanctus etiam Spiritus mansionem: intus utique, tanquam Deus in templo suo. Deus Trinitas, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, veniunt ad nos, dum venimus ad eos. Veniunt subveniundo, venimus obediendo. Veniunt illuminando, venimus intuendo. Veniunt implendo, venimus capiendo: ut sit nobis eorum non extraria visio, sed interna, et in nobis non transitoria mansio, sed aeterna. Sic mundo non se Filius manifestat. Mundus enim est dictus hoc loco, de quibus continuo subjunxit atque ait:

*Qui non diligit me, sermones meos non servat.*⁸⁹ Hi sunt qui Patrem et Spiritum sanctum nunquam vident, Filium autem, non ut beatificentur, sed ut iudicentur, ad modicum vident: nec ipsum in forma Dei, ubi est cum Patre et Spiritu sancto invisibilis, sed in forma hominis, ubi esse in mundo voluit patiendo contemptibilis, iudicando terribilis.

Quod vero adjunxit:

*Et sermo quem audistis, non est meus, sed ejus qui misit me, Patris,*⁹⁰ non miremur, non paveamus: non est minor Patre, sed non est nisi a Patre; non est impar ipso, sed non est a seipso. Neque enim mentitus est dicendo, *Qui non diligit me, sermones meos non servat.* Ecce suos dixit esse sermones. Nunquid sibi est ipse contrarius ubi rursus dixit: *Et sermo quem audistis, non est meus?* Et fortasse propter aliquam distinctionem ubi suos dixit, pluraliter dixit, hoc est *sermones*. Ubi autem sermonem, hoc est verbum, non suum dixit esse, sed Patris, seipsum intelligi voluit. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum,*⁹¹ non utique suum, sed Patris est Verbum: quomodo nec sua imago, sed Patris, nec suus Filius idem ipse, sed Patris. Recte igitur auctori tribuit quidquid facit aequalis⁹²,

conoscenza, se possedessero tanta fede da trasportare le montagne, non sono nulla; e se dessero in cibo tutti i loro beni e consegnassero il loro corpo alle fiamme, a nulla servirebbe loro (cfr 1Cor 13, 1-3)⁹⁴. L'amore distingue i santi dal mondo, e li fa abitare unanimi nella casa (cfr Sal 67, 7). In questa casa prende dimora il Padre e il Figlio, che donano l'amore stesso a coloro ai quali, nella fede, donano anche la loro manifestazione; intorno ad essa il discepolo interrogò il maestro, in modo che, non solo quanti allora ascoltavano dalla sua bocca, ma anche noi, per mezzo del suo Vangelo, potessimo conoscere ciò. Aveva chiesto infatti della manifestazione di Cristo, e udì dell'amore e della dimora. È dunque una qualche manifestazione interiore di Dio, che gli empì non hanno affatto conosciuto, per i quali non c'è nessuna manifestazione né del Padre né dello Spirito Santo; potè invero esserci del Figlio, ma nella carne; ed essa non è tale e quale quella; né può essere sempre presente a loro, ma per un tempo modesto, e ciò per il giudizio, non per la gioia; per il tormento, non per il premio.

Ora dobbiamo dunque capire, per quanto egli si degni di rivelare, come mai si dica: *Ancora un poco e il mondo non mi vedrà più; voi invece mi vedrete.* È certo vero che di lì a poco avrebbe sottratto ai loro occhi il suo corpo in cui gli empì avrebbero potuto vederlo, dato che dopo la risurrezione nessuno di loro lo vide. Ma poiché, secondo la testimonianza degli angeli, è detto: *verrà allo stesso modo in cui l'avete visto andare in cielo* (*At* 1, 11), e non crediamo altro che egli verrà nel medesimo corpo a giudicare i vivi e i morti, senza dubbio, allora lo vedrà anche il mondo – termine con cui sono indicati gli estranei al suo regno -. E perciò si comprende di gran lunga meglio che, in ciò che disse: *Ancora un po' e il mondo non mi vedrà più*, abbia voluto riferirsi già a quell'altro tempo, quando, alla fine dell'èvo, verrà sottratto agli occhi dei dannati, affinché, per l'innanzi, lo vedano quelli presso cui, amandolo, stabilisce la dimora, lui e il Padre. Ma ha detto *un poco* perché anche ciò che agli uomini sembra tanto lungo, è brevissimo agli occhi di Dio. Certo di questo *poco* il medesimo evangelista Giovanni, *Figlioli*, dice, *è giunta l'ultima ora* (*1Gv* 2, 18).

Affinché nessuno concluda che solamente il Padre e il Figlio, senza lo Spirito santo, fissano la dimora presso chi li ama, richiami alla mente quanto è stato detto più sopra dello Spirito Santo: *che il mondo non può ricevere perché non lo vede e non lo conosce. Voi lo conoscete perché egli rimane presso di voi e sarà in voi.* Ecco, anche lo Spirito santo, insieme al Padre e al Figlio, fissa la dimora fra i santi: dentro senz'altro, come Dio nel suo tempio. Dio Trinità, Padre, e Figlio e Spirito santo, vengono a noi quando andiamo a loro. Vengono soccorrendo, andiamo obbedendo. Vengono illuminando, andiamo contemplando. Vengono riempiendo, andiamo accogliendo; perché ci sia per noi una visione non esteriore di loro, ma interiore, e in noi una dimora non transitoria, ma eterna. Non così il Figlio si manifesta al mondo. In questo passo infatti si dice “mondo” di coloro di cui immediatamente soggiunse, e disse:

Chi non mi ama, non osserva le mie parole. Questi sono quelli che non vedranno mai il Padre e lo Spirito santo, ma vedranno il Figlio per poco, non per essere beati, ma per essere giudicati; e non lui nella forma di Dio, in cui è invisibile con il Padre e lo Spirito santo, ma nella forma di uomo, in cui volle essere nel mondo spregevole nella passione, terribile nel giudicare.

Quanto invero aggiunse:

E la parola che voi ascoltate non è mia, ma del Padre che mi ha mandato; non sorprendiamoci, non spaventiamoci: non è minore al Padre, ma non è se non dal Padre; non è impari a lui, ma non è da se stesso. Non ha certo mentito dicendo: Chi non mi ama, non osserva le mie parole. Ecco, ha detto che le parole sono sue. Forse che si contraddice, quando per contro dichiara: *E la parola che voi ascoltate non è mia?* E forse per qualche differenziazione dice sue parla al plurale, cioè *le parole*. Dove invece dice che la parola, cioè il Verbo, non è suo ma del Padre, vuole intendere se stesso. *In principio era il Verbo, e il Verbo era presso Dio e il Verbo era Dio*, non certo suo, ma del Padre è il Verbo; così come non immagine di sé, ma del Padre, né sempre lui Figlio di sé, ma del Padre. Giustamente, quindi, tutto ciò che egli fa in quanto uguale lo

et habuerint omnem fidem ut montes transferant, nihil sunt;

et si distribuerint omnem substantiam suam, et tradiderint corpus suum ut ardeant, nihil eis prodest. Dilectio sanctos discernit a mundo, quae facit unanimes habitare in domo. In qua domo facit Pater et Filius mansionem; qui donant et ipsam dilectionem, quibus donent in fine etiam ipsam suam manifestationem:

de qua discipulus magistrum interrogavit, ut non solum illi qui tunc audiebant per os eius, sed etiam nos per Evangelium ejus hoc nosse possemus.

Quaesierat enim de Christi manifestatione, et audivit de dilectione atque mansione.

Est ergo quaedam Dei manifestatio interior,

quam prorsus impii non noverunt, quibus Dei Patris et Spiritus sancti manifestatio nulla est: Filii vero potuit esse, sed in carne; quae nec talis est qualis illa, nec semper illis adesse potest qualiscunque sit, sed ad modicum tempus; et hoc ad iudicium, non ad gaudium; ad supplicium, non ad praemium.

3. Nunc est ergo ut intellegamus, quantum aperire ipse dignatur, quomodo dictum sit: *Adhuc modicum, et mundus me iam non videt, vos autem videbitis me.* Verum est quidem quod post paululum etiam corpus suum in quo poterant eum et impii videre, oculis eorum fuerat subtracturus; quandoquidem post resurrectionem nemo illorum vidit eum. Sed quoniam dictum est testantibus Angelis: *Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in coelum*; nec aliud credimus quam eum in eodem corpore ad iudicium vivorum et mortuorum esse venturum: procul dubio tunc eum videbit mundus, quo nomine significati sunt a regno ejus alieni. Ac per hoc longe melius intelligitur iam illud tempus significare voluisse, in eo quod ait: *Adhuc modicum, et mundus me iam non videt*, quando in fine saeculi auferetur ab oculis damnatorum, ut illi eum de caetero videant, apud quos diligentes eum facit Pater atque ipse mansionem. *Modicum* autem dixit, quia et id quod prolixum videtur hominibus, brevissimum est ante oculos Dei: de hoc quippe modico iste ipse Ioannes evangelista: *Filioli*, inquit, *novissima hora est*.

4. Ne quis porro existimet Patrem tantummodo et Filium sine Spiritu sancto apud dilectores suos facere mansionem, recolat quod superius de Spiritu sancto dictum est: *Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit.* Ecce facit in sanctis cum Patre et Filio sanctus etiam Spiritus mansionem; intus utique, tanquam Deus in templo suo. Deus Trinitas, Pater et Filius et Spiritus sanctus, veniunt ad nos, dum venimus ad eos: veniunt subveniundo, venimus obediendo; veniunt illuminando, venimus intuendo; veniunt implendo, venimus capiendo: ut sit nobis eorum non extraria visio, sed interna; et in nobis eorum non transitoria mansio, sed aeterna. Sic mundo non se Filius manifestat: mundus enim dictus est hoc loco, de quibus continuo subiunxit:

Qui non diligit me, sermones meos non servat. Hi sunt qui Patrem et Spiritum sanctum nunquam vident: Filium autem non ut beatificentur, sed ut iudicentur, ad modicum vident; nec ipsum in forma Dei, ubi est cum Patre et Spiritu sancto pariter invisibilis; sed in forma hominis, ubi esse voluit mundo patiendo contemptibilis, iudicando terribilis.

5. Quod vero adiunxit:

Et sermo quem audistis non est meus, sed ejus qui misit me, Patris; non miremur, non paveamus: non est minor Patre, sed non est nisi a Patre; non est impar ipso, sed non est a seipso. Neque enim mentitus est dicendo: *Qui non diligit me, sermones meos non servat.* Ecce suos dixit esse sermones; numquid sibi ipse est contrarius, ubi rursus dixit: *Et sermo quem audistis non est meus?* Et fortasse propter aliquam distinctionem, ubi suos dixit, dixit pluraliter, hoc est *sermones*; ubi autem *sermonem*, hoc est Verbum, non suum dixit esse, sed Patris, seipsum intellegi voluit. *In principio enim erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Non utique suum, sed Patris est Verbum: quomodo nec sua imago, sed Patris; nec suus Filius idem ipse, sed Patris. Recte igitur tribuit auctori quidquid facit aequalis,

⁸⁸ Gv 14, 17.

⁸⁹ Gv 14, 24.

⁹⁰ Gv 14, 24.

⁹¹ Gv 1, 1.

⁹² Cfr Gv 5, 19 Vulg.: “Amen, amen dico vobis: non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quaecumque enim ille fecerit, hæc et Filius similiter facit.”.

⁹⁴ Tutto questo lungo periodo è citazione testuale, fatto salvo il cambio di persona dei verbi; pertanto seguio la traduzione NCEI, intervenendo solo per “ut ardeam” perché NCEI, seguendo VulgN che ha “ut gloriem”, traduce “per averne vanto”.

a quo habet hoc ipsum quod illi est indifferenter aequalis.

*Haec locutus sum vobis apud vos manens.*⁹⁷ Illa utique mansio alia est, quam promisit futuram; haec vero alia, quam praesentem esse testatur. Illa spiritalis est, atque intrinsecus mentibus redditur, haec corporalis extrinsecus oculis atque auribus exhibetur. Illa in aeternum beatificat liberatos, haec in tempore visitat liberandos. Secundum illam Dominus a suis dilectoribus non recedit, secundum hanc, it et recedit. *Haec*, inquit, *locutus sum vobis apud vos manens*, utique praesentia corporali, qua cum illis visibilis loquebatur.

Paracletus autem, inquit, *Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et commemorabit vos omnia quaecumque dixero vobis.*⁹⁸ Nunquidnam dicit Filius, et docet Spiritus sanctus, ut dicente Filio verba capiamus, docente autem Spiritu sancto eadem verba intelligamus? quasi dicat Filius sine Spiritu sancto, aut Spiritus sanctus doceat sine Filio? Aut vero non et Filius doceat, et Spiritus sanctus dicat? et cum Deus aliquid dicit et docet, Trinitas ipsa dicat et doceat? Sed quoniam Trinitas est, oportebat ejus singulas insinuare personas, eademque nos distincte audire, inseparabiliter intelligere. Audi Patrem dicentem ubi legis, *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu (Psal. II)*. Audi et docentem ubi legis, *Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me (Joan. VI)*. Filium vero dicentem modo audisti; de se quippe ait: *Quaecumque dixero vobis: quem et si docentem vis nosse, magistrum recole. Unus est*, inquit, *magister vester Christus (Matth. XXIII)*. Spiritum porro sanctum, quem modo audisti docentem, ubi dictum est: *Ipse vos docebit omnia*: audi etiam dicentem, ubi legis in Actibus apostolorum B. Petro dixisse Spiritum sanctum: *Vade cum illis, quia ego misi eos (Act. X)*. Omnis igitur et dicit et docet Trinitas. Sed nisi etiam singillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere utcunque posset infirmitas. Cum ergo sit omnino inseparabilis, nunquam Trinitas esse sciretur, si semper inseparabiliter diceretur. Nam et cum dicimus Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, non eos utique dicimus simul, cum ipsi non possint esse non simul. Quod vero addidit: *Commemorabit vobis*, intelligere debemus etiam quod jubemur non oblivisci, saluberrimos monitus ad gratiam pertinere, **qua**⁹⁹ nos commemorat **Christus**.

Pacem, inquit, *relinquo vobis, pacem meam do vobis.*¹⁰⁰ Hoc est quod legimus apud prophetam: *Pacem super pacem*. Pacem nobis relinquit iturus, pacem suam nobis dabit in fine venturus. Pacem nobis relinquit in hoc saeculo, pacem suam nobis dabit in futuro saeculo. Pacem nobis relinquit, in qua manentes, hostem vincimus: pacem suam nobis dabit, quando sine hoste regnabimus;

attribuisce al facitore⁹⁵, da cui ha⁹⁶ il fatto stesso di essergli uguale senza differenza.

Vi ho detto queste cose mentre sono ancora presso di voi. Altra è, di certo, la dimora che ha promesso futura; altra, invero, quella presente che sperimentiamo. Quella è spirituale e si attua interiormente nell'anima, questa è corporale e si mostra esteriormente ad occhi e orecchie. Quella beatifica in eterno i liberati, questa visita nel tempo chi deve essere liberato. Secondo quella il Signore non si allontana da quelli che lo amano, secondo questa va e torna. *Vi ho detto*, dice, *queste cose mentre sono ancora presso di voi*, cioè nella presenza corporale, nella quale, visibile, parlava con loro.

Ma il Paràclito, lo Spirito Santo che il Padre manderà nel mio nome, lui vi insegnerà ogni cosa e vi ricorderà tutto ciò che io vi ho detto. Forse che il Figlio dice e lo Spirito santo insegna, di modo che cogliamo parole dal Figlio ma comprendiamo queste stesse parole quando lo Spirito Santo insegna? quasi che il Figlio parli senza lo Spirito santo, o lo Spirito santo insegni senza il Figlio? O non, invero, che anche il Figlio insegni e lo Spirito Santo parli? e che, quando Dio dice e insegna qualcosa, la Trinità stessa parli e insegni? Ma siccome [Dio] è Trinità, occorreva introdurre le singole sue persone, e che sentissimo lei stessa parlare distintamente, e la considerassimo inseparabilmente. Ascolta il Padre parlare, quando leggi: *Il Signore mi ha detto: Tu sei mio Figlio (Sal 2, 7)*¹⁰⁵. Ascoltalo anche insegnare, quando leggi: *Chiunque ha ascoltato il Padre e ha imparato da lui, viene a me (Gv 6, 45)*. Invero ora hai sentito parlare il Figlio, che di se stesso dice: *tutto ciò che io vi ho detto*; e se vuoi renderti conto che egli anche insegna, fa' attenzione al maestro. *Uno solo*, dice, *è il vostro maestro, il Cristo. (Mt 23, 10)*¹⁰⁶. Quanto allo Spirito Santo, che ora hai sentito insegnare, dove si dice: *lui vi insegnerà ogni cosa*, ascoltalo pure parlare, quando negli Atti degli Apostoli leggi che lo Spirito Santo disse al b. Pietro: *va' con loro, perché sono io che li ho mandati (cfr At 10, 20)*. Tutta la Trinità, dunque, parla e insegna. Ma se non si fosse consegnata anche nelle singole persone, in nessun modo comunque l'umana debolezza potrebbe coglierla. Essendo assolutamente inseparabile, non si saprebbe mai che è Trinità, se se ne parlasse sempre inseparabilmente. Infatti, anche quando diciamo Padre, e Figlio, e Spirito santo, non li diciamo certo simultaneamente, sebbene essi non possano non essere contemporaneamente. Invero [per il fatto] che aggiunse: *vi ricorderà*, dobbiamo anche comprendere che siamo invitati a non dimenticare che i moniti più che salutari riguardano la grazia, per mezzo della quale Cristo ci fa memoria.

Vi lascio, dice, *la pace, vi do la mia pace*. Questo è ciò che leggiamo nel profeta: *Pace su pace*¹⁰⁷. Ci lascia la pace andandosene, ci darà la sua pace venendo alla fine. Ci lascia la pace in questo evo, ci darà la sua pace nell'evo futuro. Ci lascia la pace affinché, mantenendoci in essa, vinciamo il nemico; ci darà la sua pace, quando regneremo senza nemico;

a quo habet hoc ipsum quod illi est indifferenter aequalis.

TRACTATUS LXXVII

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis (Io 14, 25-27).

Quid nobis relinquit adscendens a nobis, nisi seipsum, dum non recedit a nobis? Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum. Pax ergo ipse nobis est, et cum credimus quia est, et cum videbimus eum sicuti est.

1. In praecedenti lectione sancti Evangelii, quam sequitur ista quae modo recitata est, Dominus Iesus dixerat se et Patrem ad dilectores suos esse venturos, et apud eos mansionem esse facturos. Iamvero et superius dixerat de Spiritu sancto: *Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit*: unde intelleximus in sanctis tamquam in templo suo simul manere Trinitatem Deum. Nunc autem dicit:

Haec locutus sum vobis apud vos manens. Illa itaque mansio alia est, quam promisit futuram; haec vero alia, quam praesentem esse testatur. Illa spiritalis est, atque intrinsecus mentibus redditur: haec corporalis forinsecus oculis atque auribus exhibetur. Illa in aeternum beatificat liberatos; haec in tempore visitat liberandos. Secundum illam Dominus a suis dilectoribus non recedit; secundum hanc it et recedit. *Haec*, inquit, *locutus sum vobis, apud vos manens*: utique praesentia corporali, qua cum illis visibilis loquebatur.

2. *Paracletus autem*, inquit: *Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et commemorabit vos omnia quaecumque dixero vobis*.

Nunquidnam dicit Filius, et docet Spiritus sanctus, ut dicente Filio verba capiamus, docente autem Spiritu sancto eadem verba intellegamus? Quasi dicat Filius sine Spiritu sancto, aut Spiritus sanctus doceat sine Filio; aut vero non et Filius doceat et Spiritus sanctus dicat, et cum Deus aliquid dicit et docet, Trinitas ipsa dicat et doceat? Sed quoniam Trinitas est, oportebat eius singulas insinuare personas, eamque nos distincte audire, inseparabiliter intellegere. Audi Patrem dicentem ubi legis: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu*: audi et docentem ubi legis:

Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me. Filium vero dicentem modo audisti; de se quippe ait: *Quaecumque dixero vobis: quem si et docentem vis nosse, magistrum recole: Unus est*, inquit: *Magister vester Christus*.

Spiritum porro sanctum, quem modo audisti docentem ubi dictum est: *Ipse vos docebit omnia*, audi etiam dicentem, ubi legis in Actibus Apostolorum, beato Petro dixisse Spiritum sanctum: *Vade cum illis, quia ego misi eos*. Omnis igitur et dicit et docet Trinitas: sed nisi etiam singillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere utique posset infirmitas. Cum ergo omnino sit inseparabilis, nunquam Trinitas esse sciretur, si semper inseparabiliter diceretur: nam et cum dicimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, non eos utique dicimus simul, cum ipsi non possint esse non simul. Quod vero addidit, *commemorabit vos*, intellegere debemus etiam, quod iubemur non oblivisci saluberrimos monitus ad gratiam pertinere, **quam** nos commemorat **Spiritus**.

Pacem promittit iturus, pacem suam nobis dabit in fine venturus.

3. *Pacem*, inquit, *relinquo vobis, pacem meam do vobis*. Hoc est quod legimus apud prophetam: *Pacem super pacem*: pacem nobis relinquit iturus, pacem suam nobis dabit in fine venturus. Pacem nobis relinquit in hoc saeculo, pacem suam nobis dabit in futuro saeculo. Pacem suam nobis relinquit, in qua manentes hostem vincimus: pacem suam nobis dabit, quando sine hoste regnabimus.

Pacem relinquit nobis, ut etiam hic invicem diligamus: pacem suam nobis dabit, ubi nunquam dissentire possimus. Pacem relinquit nobis, ne de occultis nostris invicem

⁹⁵ Agostino presenta qui “auctor” invece di “actor”. Si tratta di due quasi-sinonimi; ma il primo condivide la radice con “augeo”, quindi contiene in sé l’idea dell’accrescere; il secondo invece la condivide con “ago”, quindi sottolinea l’idea del fare. Volendo mantenere una qualche distanza fra i due – scartato “attore”, che in italiano usiamo ormai quasi esclusivamente per l’interprete di un’azione scenica -, ho deciso di adottare “facitore”, di cui mi sono già servito in altri capitoli.

⁹⁶ Questo “habet” significa allo stesso tempo l’averne in quanto si riceve da qualcuno, e l’averne come condizione stabile; pertanto andrebbe forse reso con “riceve il possesso / la caratteristica”.

⁹⁷ Gv 14, 25.

⁹⁸ Gv 14, 26 Vulg.: “... et suggeret vobis omnia, ...”; Sabatier in nota: “Cantabrig. habet: [...] & commemorabit vos omnia, [...] Novatian. L. de Trin. P. 1050. B. [...] & commemorabit omnia,”.

⁹⁹ Pur non escludendo un errore di battitura, ritengo si tratti di rivisitazione voluta e conseguente alla sostituzione del soggetto da Spiritus a Christus: si sposta così l’attenzione sul “fare memoria” dell’azione liturgica, reso possibile dall’infusione di grazia.

¹⁰⁰ Gv 14, 27.

¹⁰⁵ NCEI: “Egli mi ha detto: «Tu sei mio figlio”.

¹⁰⁶ NCEI: “perché uno solo è la vostra Guida, il Cristo.”

¹⁰⁷ Is 57, 19 VL: “Pacem super pacem his, qui longe, et qui prope sunt, dicit Dominus, et sanabo eos.”

quid autem nobis relinquit ascendens a nobis, nisi seipsum, dum non recedit a nobis? *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum* (*Ephes*, II). Pax ergo ipse nobis est, et cum credimus quia est, et cum videmus eum sicuti est.¹⁰¹

Sed quid est quod ubi ait: *Pacem relinquo vobis*, non addit *meam*: ubi vero ait, *do vobis*, ibi dicit *meam*? Utrum subaudiendum est *meam*, et ubi dictum non est, quia **postea dictum est**, et potest referri ad utrumque, etiam quod semel dictum est?

An forte et hic aliquid latet, quod petendum est et quaerendum, et ad quod pulsantibus aperiendum? Quid enim si pacem suam eam voluit intelligi, qualem habet ipse?

Pax vero ista quam nobis relinquit in hoc saeculo, nostra potius est dicenda quam ipsius. Illi quippe nihil repugnat in seipso, quia nullum habet omnino peccatum. Nos autem talem pacem nunc habemus, in qua adhuc dicamus: *Dimitte nobis debita nostra* (*Matth*. VI). Est ergo nobis pax aliqua, quoniam condelectamur legi Dei secundum interiorem hominem (*Rom*. VII)¹⁰²: sed non est plena, quia videmus aliam legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostrae.

Itemque inter nos ipse est nobis pax, quia invicem nobis credimus, quod invicem diligamus. Sed nec ista plena est, quia cogitationes cordis nostri invicem non videmus; et quaedam de nobis, quae non sunt in nobis, vel in melius invicem vel in deterius opinamur.

Itaque ista etiam si ab illo nobis relicta est pax, nostra est. Nisi enim ab illo, non haberemus et talem: sed ipse non habet talem. Si tenerimus usque in finem, qualem accepimus, qualem habet habebimus, ubi nihil nobis repugnet ex nobis, et nihil nos invicem lateat in cordibus nostris. Nec ignoro ista Domini verba etiam sic accipi posse, ut ejusdem sententiae repetitio videatur.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Ut quod dixerat *pacem*, hoc repetiverit, dicens, *pacem meam*; et quod dixerat, *relinquo vobis*, hoc repetierit, dicens: *Do vobis*. Ut volet quisque accipiat: me tamen delectat (credo **quod** et vos, fratres mei dilecti), sic tenere istam pacem, ubi adversarium concorditer vincimus, ut desideremus pacem, ubi adversarium non habebimus.

Quod vero Dominus adiunxit, atque ait:

Non quomodo mundus dat, ego do vobis,¹⁰³ quid est aliud, nisi, quomodo homines dant, qui diligunt mundum, ita do vobis? qui propterea sibi dant pacem, ut sine molestia litium atque bellorum, non Deo, sed amico suo mundo perfruantur: et quando **justi**¹⁰⁴ dant pacem, ut non eos persequantur, pax esse non potest vera, ubi non est vera concordia, quia disjuncta sunt corda. Quomodo enim consors dicitur qui sortem jungit, ita ille concors dicendus est qui cor jungit. Nos ergo, charissimi, quibus Christus pacem reliquit, et pacem suam non nobis dat sicut mundus, sed sicut ille per quem factus est mundus; ut concordemur simus, jungamus invicem corda, et cor nostrum sursum habeamus, ne corrumpatur in terra.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater

ma cosa ci lascia ascendendo da noi, se non se stesso, dato che non si allontana da noi? *Egli infatti è la nostra pace, colui che di due ha fatto una cosa sola* (Ef 2, 14). Egli è dunque pace per noi, sia adesso che crediamo che egli è, sia quando *lo vedremo così come egli è*.

Ma perché, quando dice: *Vi lascio la pace*, non dice: *mia*, mentre quando dice: *Vi do*, qui aggiunge *mia*? Forse si deve sottintendere *mia*, anche dove non è detto, dato che poi è detto, e può essere riferito a tutte e due le volte, anche ciò che è detto una volta sola? O forse anche qui si nasconde qualcosa, da chiedere e cercare, e che solo a chi bussa sarà palesato? Che c'è, infatti, se per sua pace volle che si intendesse quella che egli possiede? Questa pace, invero, che ci lascia in questo evo, è da dirsi piuttosto nostra che sua. Lui infatti, non ha alcun contrasto in se stesso, poiché non ha alcun peccato. Noi invece ora abbiamo una pace tale da farci tuttora dire: *Rimetti a noi i nostri debiti* (Mt 6, 12). Abbiamo dunque una qualche pace, poiché *nel nostro intimo acconsentiamo alla legge di Dio* (cf. Rm 7, 22-23); ma non è piena, in quanto *nelle nostre membra vediamo un'altra legge, che combatte contro la legge della nostra ragione*. Parimenti noi abbiamo una pace tra noi, in quanto ci fidiamo vicendevolmente, poiché ci amiamo a vicenda. Ma neppure questa è piena, perché non vediamo vicendevolmente i pensieri del nostro cuore, e, circa cose che riguardano noi, e che non sono in noi, ci formiamo vicendevolmente opinioni, sia in meglio che in peggio. Pertanto questa è la nostra pace, anche se ci è lasciata da lu. E non avremmo neppure questa, se non grazie a lui; ma egli non l'ha così. Se avremo mantenuto sino alla fine quella che abbiamo ricevuto, avremo quella che egli ha, in cui nulla ci sarà di contrasto fra noi, e nulla rimarrà a vicenda nascosto nei nostri cuori. Ma non ignoro che queste parole del Signore possano anche essere prese come ripetizione della medesima frase.

Vi lascio la pace, vi do la mia pace. Aveva detto: *pace*, lo ripeté dicendo: *la mia pace*; e aveva detto: *vi lascio*, lo ripeté dicendo: *vi do*. Ciascuno interpreti come vuole; a me tuttavia piace (credo come anche a voi, miei dilette fratelli) mantenere questa pace così da vincere concordemente l'avversario, e da anelare a [quella] pace, in cui non avremo avversario.

Ciò, poi, che il Signore aggiunse, dicendo:

Non come la dà il mondo, io la do a voi, che altro è se non: come la danno gli uomini, quelli che amano il mondo, [non]¹⁰⁸ così io la dò? essi, appunto, si danno la pace per godersi, senza liti e guerre, non Dio, ma il mondo loro amico; e quando i giusti danno [loro] la pace, così da non perseguitarli, non può essere pace vera, laddove non c'è vera concordia, perché i cuori sono in dissidio. Come infatti è detto consorte chi congiunge la sorte, così si deve chiamare concorde chi congiunge il cuore. Dunque noi, carissimi, ai quali Cristo ha lasciato la pace, e non ci dà la sua pace come [la dà] il mondo, ma come colui per mezzo del quale il mondo è stato fatto, per essere concordemente, uniamo vicendevolmente i cuori, ed eleviamo in alto il nostro cuore, affinché non si corrompa sulla terra.

Non sia turbato il vostro cuore e non abbia timore. Avete udito che vi ho detto: "Vado e tornerò da voi". Se mi amaste, vi rallegrereste che io vado al Padre, perché

iudicemus, cum in hoc sumus mundo: pacem suam dabit nobis, cum manifestabit cogitationes cordis, et tunc laus erit unicuique a Deo. In illo tamen atque ab illo nobis est pax, sive quam nobis relinquit iturus ad Patrem, sive quam nobis dabit nos perducturus ad Patrem.

Quid autem nobis relinquit ascendens a nobis, nisi seipsum, dum non recedit a nobis? *Ipse est enim pax nostra; qui fecit utraque unum*. Pax ergo ipse nobis est, et cum credimus quia est, et cum videmus eum sicuti est.

Si enim *quamdiu sumus in corpore* corruptibili quod aggravat animam, cum *per fidem ambulamus, non per speciem*, non deserit peregrinantes a se; quanto magis cum ad ipsam speciem venerimus, nos implebit ex se?

4. Sed quid est quod ubi ait: *Pacem relinquo vobis*, non addidit *meam*; ubi vero ait, *do vobis*, ibi dixit *meam*? Utrum subaudiendum est *meam*, et ubi dictum non est, quia potest referri ad utrumque etiam quod semel dictum est?

An forte et hic aliquid latet quod petendum est et quaerendum, et ad quod pulsantibus aperiendum? Quid si enim pacem suam eam voluit intellegi qualem habet ipse?

Pax vero ista quam nobis relinquit in hoc saeculo, nostra est potius dicenda quam ipsius. Illi quippe nihil repugnat in seipso, qui nullum habet omnino peccatum: nos autem talem pacem nunc habemus, in qua adhuc dicamus: *Dimitte nobis debita nostra*. Est ergo nobis pax aliqua, quoniam condelectamur legi Dei secundum interiorem hominem: sed non est plena, quia videmus aliam legem in membris nostris, repugnantem legi mentis nostrae.

Itemque inter nos ipsos est nobis pax, quia invicem nobis credimus, quod invicem diligamus: sed nec ipsa plena est, quia cogitationes cordis nostri invicem non videmus; et quaedam de nobis quae non sunt in nobis, vel in melius invicem vel in deterius opinamur.

Itaque ista etiamsi ab illo nobis relicta est, pax nostra est: nisi enim ab illo, non haberemus et talem; sed ipse non habet talem. Si tenerimus usque in finem, qualem accepimus, qualem habet habebimus, ubi nihil nobis repugnet ex nobis, et nihil nos invicem lateat in cordibus nostris. Nec ignoro ista Domini verba etiam sic accipi posse, ut eiusdem sententiae repetitio videatur:

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ut quod dixerat, *pacem*, hoc repetierit dicens, *pacem meam*; et quod dixerat, *relinquo vobis*, hoc repetierit dicens, *do vobis*. Ut volet quisque accipiat: me tamen delectat, credo et vos, fratres mei dilecti, sic tenere istam pacem, ubi adversarium concorditer vincimus, ut desideremus pacem, ubi adversarium non habebimus.

5. Quod vero Dominus adiunxit, atque ait:

Non quomodo mundus dat, ego do vobis; quid est aliud, nisi, non quomodo homines dant qui diligunt mundum, ita do vobis? Qui propterea dant sibi pacem, ut sine molestia litium atque bellorum, non Deo, sed amico suo mundo perfruantur: et quando **iustus** dant pacem ut non eos persequantur, pax non potest esse vera, ubi non est vera concordia; quia disjuncta sunt corda. Quomodo enim consors dicitur, qui sortem iungit; ita ille concors dicendus est, qui corda iungit. Nos ergo, carissimi, quibus Christus pacem relinquit, et pacem suam nobis dat, non sicut mundus, sed sicut ille per quem factus est mundus, ut concordemur simus; iungamus invicem corda, et cor unum sursum habeamus, ne corrumpatur in terra.

TRACTATUS LXXVIII

Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est (Io 14, 27-28).

Forma servi accessit, non forma Dei recessit; haec est assumpta, non illa consumpta. Propter hanc dicit: *Pater maior me est*; propter illam vero: *Ego et Pater unum sumus*.

1. Accepimus, fratres, verba Domini dicentis ad discipulos suos:

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, et venio ad vos: si diligeretis me, gauderetis utique, quia ego vado ad Patrem; quia Pater maior

¹⁰¹ Quest'ultima affermazione è citazione testuale di 1Gv 3, 2.

¹⁰² Vulg. e VL: “condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae”; come si vede, anche ciò che segue cita questo passo.

¹⁰³ Gv 14, 27.

¹⁰⁴ Se non si tratta di errore di battitura, il significato viene decisamente ritoccato. Se si opta per l'errore, la frase diviene: “e quando danno la pace ai giusti, così da non perseguitarli, ...”.

¹⁰⁸ Il testo di Agostino ha qui un “non” (“... non quomodo homines ...”) che nella redazione di Beda non compare. Benché l'edizione Migne non segnali la cosa come probabile errore, l'integrazione mi appare essenziale.

*major me est.*¹⁰⁹ Hinc ergo turbari et formidare poterat cor illorum, quod ibat ab eis, quamvis venturus ad eos, ne forsitan gregem lupus hoc intervallo invaderet pastoris absentia. Sed a quibus homo abscedebat, Deus non relinquebat: idem ipse Christus, homo et Deus. Ergo et ibat per id quod homo erat, et manebat per id quod Deus erat. Ibat per id quod uno loco erat, manebat per id quod ubique erat. Cur itaque turbarentur et formidarent, quando sic deserebat oculos, ut non desereret cor? quamvis Deus etiam qui nullo continetur loco, discedat ab eorum cordibus qui eum relinquunt moribus, non pedibus, et veniat ad illos qui conveniunt ad eum non facie, sed fide, et accedunt ad eum mente, non carne. Ut autem intelligerent secundum id quod homo erat, cum dixisset: *Vado et venio ad vos*, adjecit atque ait: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater major me est.* Per quod ergo Filius non est aequalis Patri, per hoc erat iturus ad Patrem, a quo et venturus est iudicaturus vivos et mortuos.

Ipsa ergo Christus Filius Dei, aequalis Patri in forma Dei, quia semetipsum exinanivit, non formam Dei amittens, sed formam servi accipiens, major est et seipso, quia major est forma Dei quae amissa non est, quam servi, quae accepta est (*Philip. II*). Quid itaque mirum, vel indignum, si secundum hanc servi formam loquens ait Dei Filius, *Pater major me est?* Et secundum formam Dei loquens ait idem ipse Dei Filius: *Ego et Pater unum sumus* (*Joan. X*)? Unum sunt enim secundum id quod *Deus erat Verbum*; et major est Pater secundum id quod *Verbum caro factum est.*¹¹⁰

Secundum hanc servi formam, puer Christus etiam parentibus suis minor erat, quando parvus majoribus, sicut scriptum est, *subditus erat* (*Luc. II*).

Aequalis enim Patri Filius, per quem factus est homo, ut minor esset Patre, factus est homo. Quod nisi fieret, quid est homo?

Dicat plane Dominus et magister noster: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater major me est.*

Agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet, qua aequalis est Patri; humanam, qua major est Pater: utrumque autem simul, non duo, sed unus Christus, ne sit quaternitas, non Trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Christus Deus et homo. Ac per hoc Christus est Deus anima rationalis et

il Padre è più grande di me. Per questo dunque il loro cuore poteva turbarsi e temere, perché se ne andava da loro, anche se sarebbe tornato da loro: che non capitasse che, in questo intervallo, il lupo assalisse il gregge, data l'assenza del pastore. Ma da loro si allontanava l'uomo, come Dio non [li] abbandonava: sempre lo stesso Cristo, uomo e Dio. Andava, dunque, in quanto era uomo, e rimaneva in quanto era Dio. Andava in quanto stava in un solo luogo, rimaneva in quanto era ovunque. Perché dunque si turbavano e temevano, dato che si sottraeva agli occhi, così da non abbandonare il cuore? quantunque anche Dio, che non è contenuto in nessun luogo, si allontani dal cuore di coloro che lo abbandonano nei costumi, non con i piedi; e venga in coloro che si volgono a lui non con il viso ma con la fede, e a lui si avvicinano con l'anima, non con la carne. Ora, affinché intendessero che in quanto uomo aveva detto: *Vado e tornerò da voi*, aggiunse, e disse: *Se mi amaste, vi rallegrereste che io vado al Padre, perché il Padre è più grande di me.* In quanto dunque il Figlio non è uguale al Padre, doveva andare al Padre, da dove verrà e giudicherà i vivi e i morti.

Dunque il medesimo Cristo Figlio di Dio, uguale al Padre *nella condizione di Dio*, poiché *svuotò se stesso*, non abbandonando la condizione di Dio, ma *assumendo una condizione di servo*, è più grande anche di se stesso; perché più grande è la condizione di Dio, che non ha perduto, che quella di servo che ha assunto (cfr Fil 2, 6-7s). Che c'è quindi di strano, o di indegno, se, parlando secondo questa forma di servo, parla il Figlio di Dio: *il Padre è più grande di me?* E parlando secondo la condizione di Dio, pure parla lo stesso Figlio di Dio: *Io e il Padre siamo una cosa sola* (Gv 10, 30)? Sono infatti una cosa sola in quanto *il Verbo era Dio*; e il Padre è più grande in quanto *il Verbo si è fatto carne*.

Secondo questa condizione di servo, Cristo bambino era minore anche dei suoi genitori, quando da piccolo, come è scritto, *era sottomesso* (Lc 2, 51)¹¹¹ ai più grandi.

Uguale infatti al Padre il Figlio, per mezzo del quale è stato fatto l'uomo, per essere minore al Padre si è fatto uomo. E se ciò non fosse accaduto, che sarebbe l'uomo?

Dica chiaramente il Signore e Maestro nostro: *Se mi amaste, vi rallegrereste che io vado al Padre, perché il Padre è più grande di me.*

Riconosciamo la duplice natura di Cristo: la divina certo, per cui è uguale al Padre, l'umana, per cui il Padre è più grande: Entrambe tuttavia insieme, non due, ma un solo Cristo, perché Dio non sia quaternità, e non Trinità. Come infatti uno solo è l'uomo: anima razionale e carne, così Cristo è uno solo: Dio e uomo. E perciò Cristo è Dio:

me est. Hinc ergo turbari et formidare poterat cor illorum, quod ibat ab eis, quamvis venturus ad eos: ne forsitan gregem lupus hoc intervallo invaderet, pastoris absentia. Sed a quibus homo abscedebat, Deus non derelinquebat: et idem ipse Christus homo et Deus. Ergo et ibat per id quod homo erat, et manebat per id quod Deus erat: ibat per id quod uno loco erat, manebat per id quod ubique erat. Cur itaque turbaretur et formidaret cor, quando ita deserebat oculos, ut non desereret cor? Quamvis Deus etiam qui nullo continetur loco, discedat ab eorum cordibus, qui eum relinquunt moribus, non pedibus; et veniat ad eos qui convertuntur ad eum non facie, sed fide, et accedunt ad eum mente, non carne. Ut autem intellegerent secundum id quod homo erat eum dixisse: *Vado et venio ad vos*; adiecit, atque ait: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia ego vado ad Patrem; quia Pater maior me est.* Per quod ergo Filius non est aequalis Patri, per hoc iturus erat ad Patrem, a quo venturus est vivos iudicaturus et mortuos: per illud autem in quo aequalis est gignenti Unigenitus, nunquam recedit a Patre; sed cum illo est ubique totus pari divinitate, quam nullus continet locus. *Cum enim in forma Dei esset*, sicut Apostolus loquitur, *non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo*. Quomodo enim rapina posset esse natura quae non erat usurpata, sed nata? *Semetipsum autem exinanivit, formam servi accipiens*: non ergo amittens illam, sed accipiens istam. Eo modo se exinanivens, quo hic minor apparebat quam apud Patrem manebat. Forma quippe servi accessit, non forma Dei recessit: haec est assumpta, non illa consumpta. Propter hanc dicit: *Pater maior me est*: propter illam vero: *Ego et Pater unum sumus*. **2.** Hoc attendat arianus, et attentione sit sanus: ne contentione sit vanus, aut, quod est peius, insanus. Haec est enim forma servi, in qua Dei Filius minor est, non Patre solo, sed etiam Spiritu sancto: neque id tantum, sed etiam seipso; quia idem ipse in forma Dei maior est seipso. Neque enim homo Christus non dicitur Filius Dei, quod etiam sola caro eius in sepulcro meruit appellari. Nam quid aliud confitemur, cum dicimus credere nos in unigenitum Dei Filium, qui sub Pontio Pilato crucifixus est et sepultus? Et quid eius nisi caro sepulta est sine anima? Ac per hoc cum credimus in Dei Filium qui sepultus est, profecto Filium Dei dicimus et carnem quae sola sepulta est.

Ipsa ergo Christus Filius Dei, aequalis Patri in forma Dei, quia semetipsum exinanivit, non formam Dei amittens, sed formam servi accipiens, maior est et seipso; quia maior est forma Dei quae amissa non est, quam servi quae accepta est. Quid itaque mirum, vel quid indignum, si secundum hanc formam servi loquens, ait Dei Filius: *Pater maior me est*; et secundum Dei formam loquens, ait idem ipse Dei Filius: *Ego et Pater unum sumus*? Unum sunt enim, secundum id quod *Deus erat Verbum*: maior est Pater, secundum id quod *Verbum caro factum est*.

Dicam etiam quod Ariani et Eunomiani negare non possunt: secundum hanc formam servi puer Christus etiam parentibus suis minor erat, quando parvus maioribus, sicut scriptum est, *subditus erat*.

Quid igitur, haeretice, cum Christus Deus sit et homo, loquitur ut homo, et calumniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam; tu in illo audes deformare divinam? Infidelis, ingratus, ideone tu minus eum qui fecit te, quia dicit ille quid factus sit propter te?

Aequalis enim Patri, Filius per quem factus est homo, ut minor esset Patre, factus est homo: quod nisi fieret, quid esset homo?

Gratulandum est humanae naturae a Verbo assumptae.

3. Dicit plane Dominus et Magister noster: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est.*

Cum discipulis audiamus verba doctoris, non cum alienis sequamur astutiam deceptoris.

Agnoscamus geminam substantiam Christi; divinam scilicet qua aequalis est Patri, humanam qua maior est Pater. Utrumque autem simul non duo, sed unus est Christus; ne sit quaternitas, non Trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Christus Deus et homo: ac per hoc Christus, est Deus anima rationalis et

¹⁰⁹ Gv 14, 27-28.

¹¹⁰ Gv 1, 1-14.

¹¹¹ NCEI traduce: “stava sottomesso”, ma, nello svolgersi del Commento, perderebbe pregnanza. Quanto al “majoribus”, sospetto che sia presente non solo la situazione anagrafica ma anche quella sociale in quanto “maiores” indicava una classe sociale ben definita e con precise mansioni istituzionali; in ambito familiare i genitori penso potessero essere un poco assimilati ai “maiores”, cui tributare rispetto e obbedienza.

caro. **Christus** in his omnibus, et Christum in singulis confitemur.

Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Jesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Jesus, sed in forma servi. Item de singulis quibus homo constat.

Quis non est derelictus in inferno? Christus Jesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo jacuit in sepulcro? Christus Jesus, sed in carne sola. Dicitur ergo et in his singulis Christus Jesus: verum haec omnia non duo vel tres, sed unus est Christus.

Ideo ergo dixit: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem;*

quoniam naturae humanae gratulandum est, eo quod sic assumpta est a Verbo unigenito, ut immortalis constitueretur io coelo: atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Patris. Hoc enim modo se iturum dixit ad Patrem: nam profecto ad illum ibat, qui cum illo erat.

Sed hoc erat ire ad eum, et recedere a nobis, mutare atque immortale facere quod mortale suscepit ex nobis, et levare in coelum per quod fuit in terra pro nobis.

Quis non hinc gaudeat, qui sic diligit Christum, ut suam naturam jam immortalem gratuletur in Christo, atque id speret futurum esse per Christum?

anima rationale e carne. Cristo [è]¹¹² in tutte queste cose, e Cristo confessiamo in ciascuna di esse. Chi è dunque colui per mezzo del quale fu creato il mondo? Cristo Gesù, ma nella condizione di Dio. Chi è crocifisso sotto Ponzio Pilato? Cristo Gesù, ma nella condizione di servo. Parimenti delle singole cose di cui consta l'uomo. Chi non fu abbandonato nell’inferno? Cristo Gesù, ma nella sola anima. Chi giacque nel sepolcro tre giorni per [poi] risorgere? Cristo Gesù, ma nella sola carne. Dunque anche in queste singole cose è detto Cristo Gesù; invero tutte queste: non due o tre, ma uno solo è Cristo. Perciò dunque egli disse: *Se mi amaste, vi rallegrereste che io vado al Padre;* perché dobbiamo congratularci della natura umana, proprio perché è stata assunta dal Verbo unigenito, così da costituirla immortale in cielo; e a tal punto la terra è stata fatta sublime, che la polvere siede incorruttibile alla destra del Padre. In questo senso dice che andrà al Padre; infatti senza dubbio andava a lui, colui che era con lui. Ma andare a lui, e separarsi da noi, era ciò: trasformare e rendere immortale ciò che aveva preso mortale da noi, ed elevare al cielo ciò per il cui mezzo visse per noi in terra. Chi, quindi, non gioirebbe, dato che così ama Cristo in modo da rallegrarsi della propria natura già immortale in Cristo, e da sperare di esserlo per mezzo di Cristo?

caro. **Christum** in his omnibus, Christum in singulis confitemur.

Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma servi. Item de singulis quibus homo constat.

Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulcro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo et in his singulis Christus. Verum haec omnia non duo, vel tres, sed unus est Christus.

Ideo ergo dixit: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem;*

quia naturae humanae gratulandum est, eo quod sic assumpta est a Verbo unigenito, ut immortalis constitueretur in coelo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Patris. Hoc enim modo se iturum dixit ad Patrem. Nam profecto ad illum ibat qui cum illo erat.

Sed hoc erat ire ad eum et recedere a nobis, mutare atque immortale facere quod mortale suscepit ex nobis, et levare in coelum per quod fuit in terra pro nobis.

Quis non hinc gaudeat, qui sic diligit Christum, ut et suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque id se speret futurum esse per Christum?

TRACTATUS LXXIX

Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis (Io 14, 28-31).

Cum in illo factum esset quod ante praedixit, fides illa quae tunc quando illis loquebatur fuit parva, et cum moreretur pene iam nulla, et revixit et crevit.

1. Dominus et salvator noster Iesus Christus dixerat discipulis suis: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem; quia Pater maior me est.* Quod ex forma servi eum dixisse, non ex forma Dei in qua aequalis est Patri, novit fides quae religiosus est mentibus fixa, non calumniosis et dementibus ficta. Deinde subiunxit:

Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis.

Quid est hoc, cum magis homo credere debeat antequam fiat id quod credendum est?

Haec est enim laus fidei, si quod creditur non videtur.

Nam quid magnum est si creditur quod videtur, secundum illam eiusdem Domini sententiam, quando discipulum arguit dicens: *Quia vidisti, credidisti, beati qui non vident et credunt?* Et nescio utrum credere dicendus est quisque quod videt; nam ipsa fides in Epistola quae scribitur ad Hebraeos, ita est definita: *Est autem fides sperantium substantia, convictio rerum quae non videntur.*

Quapropter si fides est rerum quae creduntur, eademque fides earum est quae non videntur; quid sibi vult quod Dominus ait: *Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis?* Nonne potius dicendum fuit:

Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut credatis, quod cum factum fuerit, videatis?

Nam et ille cui dictum est: *Quia vidisti, credidisti,* non hoc credidit quod vidit;

sed aliud vidit, aliud credidit: vidit enim hominem, credidit Deum.

Cernebat quippe atque tangebatur carnem viventem, quam viderat morientem; et credebat Deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat, per hoc quod sensibus corporis apparebat.

Sed etsi dicuntur credi quae videntur, sicut dicit unusquisque oculis suis se credidisse: non tamen ipsa est quae in nobis aedificatur fides; sed ex rebus quae videntur, agitur in nobis ut ea credantur quae non videntur. Quocirca, dilectissimi, unde nunc mihi sermo est, quod Dominus ait: *Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis;* illud utique dicit, *cum factum fuerit,* quod eum visuri erant post mortem viventem, et ad Patrem ascendentem: quo viso illud fuerant credituri, quod ipse esset Christus Filius Dei vivi, qui potuit hoc facere cum praedixisset, et praedicere ante quam faceret: credituri autem hoc non fide nova, sed aucta; aut certe cum mortuus esset defecta, cum resurrexisset refecta. Neque enim eum Dei Filium non et ante credebant; sed cum in illo factum esset quod ante praedixit, fides illa quae tunc quando illis loquebatur fuit parva, et cum moreretur pene iam nulla, et revixit et crevit.

2. Deinde quid dicit?

Iam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius: quis, nisi

*Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis.*¹¹³

Quid est hoc, cum magis credere homo debeat antequam fiat id quod credendum est? Haec est enim laus fidei, si quod creditur, non videtur.

Nam quid magnum est, si creditur quod videtur, secundum illam eiusdem Domini sententiam, quando discipulum arguit, dicens, *Quia vidisti, credidisti: beati qui non vident, et credunt* (Joan. XX)¹¹⁴. Et nescio utrum credere dicendus est quisquam quod videt. Nam ipsa fides in Epistola quae scribitur ad Hebraeos, ita est definita, *Est autem fides, sperantium substantia, convictio rerum quae non videntur* (Hebr. XI)¹¹⁵. Quapropter si fides est rerum quae creduntur, eademque fides earum rerum est quae non videntur, quid sibi vult quod Dominus ait: *Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis?* Nonne potius dicendum fuit, *Et nunc dixi vobis priusquam fiat,* quod *cum factum fuerit,* videatis? Nam et ille cui dictum est, *Quia vidisti, credidisti,* non hoc credit quod vidit, sed aliud vidit, aliud credidit. Vidit enim hominem, credidit Deum.

Sed et si dicuntur credi quae videntur, sicut dicit unusquisque oculis suis se credidisse, non tamen ipsa est quae in nobis aedificatur fides, sed ex rebus quae videntur, agitur nobis ut ea credantur quae non videntur. Quocirca, dilectissimi, unde nunc sermo est, quod Dominus ait, *Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis,* illud, utique dicit, *cum factum fuerit,* quod eum post mortem visuri erant viventem, et ad Patrem ascendentem: quo viso illud fuerant credituri quod ipse esset Christus Filius Dei, qui potuit hoc et facere cum praedixisset, et praedicere antequam faceret: credituri autem hoc non fide nova, sed aucta, aut certe cum mortuus esset defecta, cum resurrexisset refecta. Neque enim eum Filius Dei non et ante credebant; sed cum in illo factum esset quod ante praedixit, fides illa quae tunc quando illis loquebatur fuit parva, et cum moreretur pene iam nulla, et revixit, et crevit.

Deinde quid dicit?

Jam non multa loquar vobiscum, venit enim princeps mundi hujus. Quis, nisi

Ve l’ho detto ora, prima che avvenga, perché, quando sarà avvenuto, voi crediate.

Che significa questo, dal momento che l'uomo è tenuto a credere, prima che avvenga, ciò che è da credere? Questa è infatti la lode della fede: se ciò che si crede non si vede. Infatti che c'è di grande, se si crede ciò che si vede? secondo quella frase del medesimo Signore quando rimproverò il discepolo, dicendo: *Perché mi hai veduto, tu hai creduto; beati quelli che non vedono, e credono* (Gv 20, 29)? Non so neppure se si possa dire che uno crede ciò che vede. La fede stessa, infatti, nell'epistola scritta agli Ebrei, è così definita: *La fede è sostanza di chi spera, prova delle realtà che non si vedono* (Eb 11, 1). Pertanto, se la fede è per le realtà che si credono, e la medesima fede è per le realtà che non si vedono, cosa significa ciò che il Signore dice: *Ve l’ho detto ora, prima che avvenga, perché, quando sarà avvenuto, voi crediate?* Non si sarebbe piuttosto dovuto dire: *Ve l’ho detto ora, prima che avvenga,* ciò che, *quando sarà avvenuto,* vedrete? Infatti anche colui al quale è stato detto: *Perché mi hai veduto, tu hai creduto,* non credette a ciò che vide, ma altro vide, altro credette. Vide infatti l'uomo, credette Dio.

Ma anche se si dice di credere a ciò che si vede - come quando uno dice che crede soltanto ai suoi occhi - non è tuttavia questa la fede che cresce in noi, ma per mezzo delle cose che si vedono si è portati a credere a quelle che non si vedono. Pertanto, dilettissimi, di qui viene ora la frase, che il Signore dice: *Ve l’ho detto ora, prima che avvenga, perché, quando sarà avvenuto, voi crediate;* quel: *quando sarà avvenuto,* significa certo che dopo la morte lo avrebbero visto vivo, e ascendere al Padre; visto questo, avrebbero creduto ciò: che egli era il Cristo Figlio di Dio, che poté compiere ciò che aveva predetto e predirlo prima di compierlo; ma avrebbero creduto, non con fede nuova, ma accresciuta, o almeno se certamente era venuta meno quando morì, quando risorse fu ristabilita. E non perché prima non credessero che egli era il Figlio di Dio; ma, quando in lui si fu avverato ciò che prima aveva predetto, quella fede - che allorché egli parlava loro era debole, e quando moriva ormai quasi nulla - rivisse, e crebbe.

Che dice poi?

Non parlerò più a lungo con voi, perché viene il principe del mondo. Chi, se non il

¹¹² La differenza di caso rispetto al testo di Agostino non è affatto detto sia frutto del caso.

¹¹³ Gv 14, 29. Lo svolgersi del commento esige di emendare nella traduzione “avverrà” con “sarà avvenuto”

¹¹⁴ Gv 20, 29 Vulg.: “Quia vidisti me, Thoma, credidisti : beati qui non viderunt, et crediderunt.”; Sabatier in nota: Agostino in varie occasioni: “... beati qui non vident, et credunt.”. La traduzione viene adeguata.

¹¹⁵ Eb 11, 1 Vulg.: “Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.”; VL: “Est autem fides sperantium substantia rerum, accusator non videntium.”; Sabatier in nota: Agostino in varie occasioni: “... convictio rerum quae non videntur.”. La traduzione viene adeguata.

diabolus?

*Et in me non habet quidquam.*¹¹⁶ Nullum scilicet omnino peccatum. Sic enim ostendit non creaturarum sed peccatorum principem diabolum, quos nunc nomine mundi hujus appellat. Et quotiescumque mundi nomen in mali significatione ponitur, non ostendit nisi mundi istius amatores, de quibus alibi scriptum est:

Quicumque voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur (Jacob. IV). Absit ergo ut sic intelligatur diabolus *princeps mundi*, tanquam gerat universi mundi, id est, coeli et terrae, atque omnium qui in eis sunt, principatum: de quali mundo dictum est, cum de Christo Verbo sermo esset, *Et mundus per eum factus est (Joan. I).* Universus itaque mundus, a summis coelis usque ad infimam terram Creatori est subditus, non desertori; Redemptori, non interemptori;

liberatori, non captivatori; doctori, non deceptori. Quemadmodum autem sit intelligendus princeps mundi diabolus, evidentius aperuit apostolus Paulus, qui cum dixisset, *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem*, id est, adversus homines, subiecit atque ait, *sed adversus principes et potestates, et rectores mundi tenebrarum harum (Ephes. VI).* Sequenti enim verbo exposuit quid dixisset mundi, cum subiecit, *tenebrarum harum:*

ne quisquam *mundi* nomine intelligeret universam creaturam, cujus nullo modo sunt rectores angeli desertores. *Tenebrarum*, inquit, *harum*, id est, mundi istius amatorum. Ex quibus tamen electi non sunt, non per suum meritum, sed per Dei gratiam:

quibus dicit, *Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (Ephes. V).* Omnes ergo fuerunt sub rectoribus *tenebrarum harum*, id est, hominum impiorum, tanquam tenebrae sub tenebris. Sed *gratias Deo, qui eruit nos*,

sicut dicit idem Apostolus, *de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suae (Coloss. I)*¹¹⁷: in quo princeps hujus mundi,

hoc est *tenebrarum harum*, non habebat quidquam, quia neque cum peccato Deus venerat, nec ejus carnem de peccati propagine Virgo pepererat;

et tanquam ei diceretur, Cur ergo moreris, si non habes peccatum, qui debeatur mortis supplicium? continuo subiecit:

*Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, surgite, eamus hinc.*¹¹⁸ Discumbens enim discumbentibus loquebatur, *Eamus* autem dicit. Quo? nisi ad illum locum unde fuerat tradendus ad mortem, qui nullum habebat meritum mortis, sed habebat ut moreretur, mandatum Patris, tanquam ille de quo praedictum erat, *Quae non rapui, tunc exsolvebam*¹¹⁹: mortem sine dubio soluturus, et nos a morte debita redempturus.

diavolo?

Contro di me non può nulla. Di certo assolutamente nessun peccato. Così infatti mostra il diavolo principe non delle creature, ma dei peccatori, che ora designa col termine “di questo mondo”. E ogni qual volta il termine mondo è usato in senso peggiore, non designa che coloro che amano questo mondo, dei quali altrove è scritto: *Chi [...] vuole essere amico del mondo si rende nemico di Dio* (Gc 4, 4). Lungi da noi, dunque, ritenere il diavolo principe del mondo, come se avesse il principato dell'universo mondo, cioè del cielo e della terra e di tutto ciò che è in loro; mondo di cui viene detto, quando si parla di Cristo Verbo: *e il mondo è stato fatto per mezzo di lui* (Gv 1, 10). L'universo mondo quindi, dal più alto dei cieli fino alla terra più fonda, è soggetto al Creatore, non al disertore¹²⁰; al Redentore, non all'uccisore; al liberatore, non al catturatore; al dottore, non all'ingannatore. In che modo poi debba intendersi che il diavolo è principe del mondo, ce lo spiega più chiaramente l'apostolo Paolo, il quale dopo aver detto: *La nostra battaglia [...] non è contro la carne e il sangue*, cioè contro gli uomini, soggiunge e dice: *ma contro i Principati e le Potenze, contro i dominatori di queste tenebre del mondo* (Ef 6, 12)¹²¹. Col termine da cui dipende¹²² spiegò cosa definì con “mondo”, *quando specificò di queste tenebre*; affinché nessuno col termine *mondo* intenda l'intera creazione, della quale in nessun modo gli angeli ribelli sono reggitori. *Di queste*, dice, *tenebre*, cioè di quanti amano questo mondo. Fra essi tuttavia non¹²³ ci sono gli eletti, non per loro merito, ma per grazia di Dio; ad essi dice: *Un tempo infatti eravate tenebra, ora siete luce nel Signore* (Ef 5, 8). Tutti, dunque, sono stati sotto i dominatori di *queste tenebre*, cioè degli uomini empì, come tenebre soggette a tenebre. Ma *siano rese grazie a Dio, che ci ha liberati* - come dice il medesimo Apostolo - *dal potere delle tenebre e ci ha trasferiti nel regno del Figlio del suo amore* (Col 1, 12-13); su di lui il principe di questo mondo, cioè *di queste tenebre*, non aveva alcunché [da spartire], in quanto né Dio era venuto col peccato, né la Vergine aveva partorito la sua carne dalla discendenza del peccato; e come se gli fosse detto: Perché allora tu muori, se non hai il peccato, al quale è decretato il supplizio della morte? Senza interruzione soggiunge:

Ma bisogna che il mondo sappia che io amo il Padre, e come il Padre mi ha comandato, così io agisco. Alzatevi, andiamo via di qui. Infatti stava seduto e parlava a quelli che erano a tavola, *Andiamo*, dunque dice. Dove? se non in quel luogo da dove sarebbe stato condotto a morte, lui che non meritava per nulla la morte, ma aveva dal Padre l'ordine di morire, simile a colui di cui era stato predetto: *Ho dovuto pagare quello che non avevo preso*: senza dubbio avrebbe pagato la morte, e riscattato¹²⁴ noi da morte dovuta.

diabolus?

Et in me non habet quidquam: nullum scilicet omnino peccatum. Sic enim ostendit non creaturarum, sed peccatorum, principem diabolum, quos nunc nomine mundi huius appellat. Et quotiescumque mundi nomen in mali significatione ponitur, non ostendit nisi mundi istius amatores; de quibus alibi scriptum est:

Quicumque voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituetur. Absit ergo ut sic intellegatur diabolus princeps mundi, tanquam gerat universi mundi, id est, coeli et terrae, atque omnium quae in eis sunt principatum: de quali mundo dictum est, cum de Christo Verbo sermo esset: *Et mundus per eum factus est.*

Universus itaque mundus a summis coelis usque ad infimam terram creatori est subditus, non desertori; redemptori, non interemptori;

liberatori, non captivatori; doctori, non deceptori. Quem admodum autem sit intellegendus princeps mundi diabolus, evidentius aperuit Paulus apostolus, qui cum dixisset: *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem*, id est, adversus homines; subiecit, atque ait, *sed adversus principes et potestates et rectores mundi tenebrarum harum.* Sequenti enim verbo exposuit quid dixisset, *mundi*, cum subiecit, *tenebrarum harum:*

ne quisquam mundi nomine intellegeret universam creaturam, cuius nullo modo sunt rectores angeli desertores. *Tenebrarum*, inquit, *harum*, id est, mundi istius amatorum: ex quibus tamen electi sunt, non per suum meritum, sed per Dei gratiam,

quibus dicit: *Fuistis enim aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino.* Omnes enim fuerunt sub rectoribus *tenebrarum harum*, id est, hominum impiorum, tanquam tenebrae sub tenebris: sed *gratias Deo, qui eruit nos*,

sicut dicit idem apostolus, *de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii caritatis suae.* In quo princeps huius mundi,

hoc est *tenebrarum harum*, non habebat quidquam; quia neque cum peccato Deus venerat, nec eius carnem de peccati propagine Virgo pepererat.

Et tanquam ei diceretur: Cur ergo moreris, si non habes peccatum cui debeatur mortis supplicium? continuo subiecit:

Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio; surgite, eamus hinc. Discumbens enim discumbentibus loquebatur. *Eamus* autem dixit, quo, nisi ad illum locum unde fuerat tradendus ad mortem, qui nullum habebat meritum mortis? Sed habebat ut moreretur mandatum Patris, tanquam ille de quo praedictum erat: *Quae non rapui, tunc exsolvebam*: mortem sine debito soluturus, et nos a morte debita redempturus.

Rapuerat autem Adam peccatum, quando manum in arborem praesumptione deceptus extendit, ut incommunicabile nomen inconcessae divinitatis invaderet, quam Filio Dei natura contulerat, non rapina.

¹¹⁶ Gv 14, 30; si riferisce a entrambe le citazioni.

¹¹⁷ Col 1, 12-13 Vulg.: “gratias agentes Deo Patri, [...] qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suae,”; VL: “gratias agentes Patri, [...] qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii charitatis suae;”.

¹¹⁸ Gv 14, 31.

¹¹⁹ Sal 68, 5. NCEI traduce: “quanto non ho rubato, dovrei forse restituirlo?”. Adotto una traduzione maggiormente fedele a Vulg.

¹²⁰ Ho mantenuto il termine senza interpretarlo, ma è bene non dimenticare il suo significato primario di “colui che abbandona”.

¹²¹ NCEI traduce: “ma contro i Principati e le Potenze, contro i dominatori di questo mondo tenebroso”; tuttavia la ripresa, poco oltre, di “tenebrarum harum” esige una traduzione più letterale che consenta una ripresa più chiara.

¹²² Il latino dice: “Col termine che segue spiegò cosa definì con “mondo”, quando aggiunse di queste tenebre ...”; ma poiché in italiano “mondo” segue a “di queste tenebre”, ho dovuto sostituire i verbi per rendere comprensibile l’affermazione.

¹²³ Beda, a differenza di Agostino, ha inserito questo “non”; e questo modifica non poco l’intero periodo.

¹²⁴ Avrei potuto mantenere “redento” perché, in realtà, il significato è il medesimo.